

C L D





1 5 9 3



Wd. 33

~~117~~
1, 2, 3.





PETRI
PERRENO-
NII ANIMAD-
VERSIONVM ET VA-
RIARVM LECTIO.

num Iuris Ciuilis,
Libri II.



COLONIAE VBIORVM,
Apud Gosuinum Cholinum.

Anno M. D. XCIII.

3 myl.

KONIGLICH
UNIVERS.
ZIMMALLE

3 mg

INDEX CAPITULORUM LIBRI PRIMI.

- E**xplicatio l. si extraneus 33. D. de iure dot. eiusque conciliatio cum l. Ne fennius 41. de re ind. Caput 1.
- Vera lectio l. 1. C. de comitib. & tribun. scholar. lib. 17. & l. humilioribus 14. C. de suscept. praeposit. & arcar. lib. 10. cap. 2.
- Explicatum quod est in l. statuliberi. 29. in prin. D. de statu liber. statuliberos puniri ut seruos. Cap. 3.
- Intellectus l. Pomponius 9. D. de negoc. gest. Cap. 4.
- Fructus percepti. Duae inter bonae fidei possessorem & fructuarium differentiae. Explicata l. bonae fidei 48. in prin. D. de acquir. rerum domin. Cap. 5.
- Notatus veterum ritus in nuptijs: ex quo l. penul. D. de donat. inter vir. & vxor. vere intelligitur & ab interpolatione in suam vindicatur lectio nem. Cap. 6.
- Ratio conciliandi ex diuerso. 17. D. solut. matrim. cum l. sicut autem. 21. D. de re iudicat. Cap. 7.
- Duplicem videri esse legis actionem. Cap. 8.
- Iusta & iniusta vxoris appellatio, eiusque explicatio: item de duobus nubendi generibus ad l. si vxor. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. Cap. 9.
- Quaedam exposita & declarata in l. 1. D. de regul. iuris. Cap. 10.
- An si heres rogatus sit post mortem suam restituere quicquid ex hereditate bonisue percepisset, fructus etiam restituantur: eaque de re quaedam explicatae leges. Cap. 11.
- De ijs que iure magistratus competunt. Quando pater filium vel filius patrem iudicem habere possit, & alia quaedam. Cap. 12.
- Pannicularia, Spolia, Zona Στραπτόν Sium, & alia ad l. Diuus Adrianus 6. D. de bon. damnat. quae & ipsa emendatur. cap. 13.
- De sequestre explicatae leges, an in eum transeat possessio &

dominium rei depositæ.	Cap. 14.
De sequestre amplius.	Cap. 15.
Mos Imp. rescribendi ad libellos verbis Ictornm, & vera le- Etio l. Lucius 21. §. vltim. D. ad municipal.	Cap. 16.
Declarata l. 2. D. de in ius vocando.	Cap. 17.
Error ius facit ad l. 3. D. de suppellect. legat.	Cap. 18.
Qui neque sequantur neque ducantur.	Cap. 19.
Ad edictum: Si quis ius dicenti non obtemperauerit.	Cap. 20.
Labeonis sententias quantum veras sepe numero non recipi quod à veterum ictorum autoritate recedant. Explicata l. sepe 53. D. de verb. Signif. & l. 1. D. de dolo malo.	Cap. 21.
Explicatio l. vltim. D. de seruis exportand.	Cap. 22.
Vetus lex: ut liceat alterius alterius et am ignorantis & in- iuri conditionem meliorem facere. Et de forma mandati ser- uanda.	Cap. 23.
Iurisprudentie definitio.	Cap. 24.
Dignitatum cause & gradus. Frequentes qui Leuiter emen- data l. speciosas. 101. D. de verbor. signif. & l. 1. C. de sen- tent. pass. Nobilissimi, Consulares. & c.	Cap. 25.
Quando legatus proconsulis mandata iurisdictione proprio quid habeat.	Cap. 26.
Calculatores pueri & impuberes.	Cap. 27.
De archiatriis qui imperatores dicuntur & imperare egrotis: & de iis enucleatus Seneca locus lib. 6. de Benefic. item de ijsdem elucidata & explicata l. medicus D. de oper. libere	Cap. 28.
Ocularius, ὀφθαλμοῦν ἰατρὸν ἄνθρωπος, ἰατρὸν ἄνθρωπον in Ecclesia	Cap. 29.
Duplex esse pactum, vnum quod legibus, alterum quod sola contrahentium valeat voluntate.	Cap. 30.

EXPLI.

EXPLICATIO

L. SI EXTRANEVS

33. D. DE IVRE DOTIVM, E.
IVSQVE CONCILIATIO CVM

l. Nefennius. 41. D. de re iudicat.

CAP. I.

EXTRANEVS qui dotem marito promisit, aut necessitate id fecit, puta, quia debitor erat mulieris, aut sola donandi voluntate. Priori casu in solidum conuenitur, id est, etiam vltra-quàm facere potest: posteriori in id solùm quod facere potest, vt definitur *l. si extraneus, 33. D. de iure dot. cui opponitur l. Nefennius. 41. D. de re iudic.* quæ aperte ait, extraneum, qui quod donaturus erat mulieri marito promisit dotis futurum, in solidum à marito conueniri, non in quantum facere potest: eiusq; decisionis est ratio, quia maritus negocium suum gessit, vt merito extraneus ex negotio gesto marito teneatur in solidum, *l. si donaturus. 9. §. 1. D. de condict. caus. dat.* Quæ ratio etiam redditur de simplici donatione in eo casu, quo quis alicui donaturus promisit se quòd illi donare volebat alij donaturum: definitur enim donatorem teneri in solidum, quod is cui promissum est negocium suum gesserit, *l. qui id quod. 33. §. vltim. D. de donat. l. penultim. D. de nouat. d. l. Nefennius.* Quapropter animaduertendum est in *d. l. extraneus*, maritum nullum

6 PET. PERREN. ANIMAD.
nullum sibi gessisse negocium, quoniam do-
tem quam extraneus donauit sibi non est sti-
pulatus: quo fit vt maritus cui debetur dos ex
mera extranei donatione & liberalitate ex-
traneum in solidum conuenire non possit, vt
nec vxor possit. Itaque hac in parte nihil in-
terest inter donationem simplicem vxori fa-
ctam & donationem dotis causa marito facta,
nisi mariti stipulatio intercedat: quamuis a-
liàs multum interesse dicamus inter venditio-
nem simplicem, & venditionem dotis causa l.
quoties. 16. D. de iure dotium, inter simplicem
donationem, & donationem factam diuision-
is causa, l. si filia. 20. §. si pater. D. famil. ercis.
inter venditionem simplicem, & venditionem
pignoris causa. l. 2. 5. & 6. D. de distract. pign.
l. 3. C. plus valere quod agitur quam quod si-
mul. concip. inter venditionem simplicem, &
venditionem diuisionis causa, in specie, l. fer-
uos. 34. D. famil. ercisc. Tandiu enim idem ius
habet donator respectu mariti quod haberet
respectu vxoris, vt scilicet non in solidum,
sed in quantum facere potest, conueniatur,
quandiu maritus per stipulationem donatio-
nem in creditum non transtulit, & obligatio-
nem suam gerendo negocium non nouauit.
Quæ causa est, cur hac de re tractetur sub titu-
lo de Nouationibus, l. penultim. D. de nouat.
Et sciendum est idem prorsus esse in marito,
qui promisit quod vxori debet alicui extra-
neo. Nam quandoq; ea promissione non nisi
in quantum facere potest. extraneo tenetur.
vt teneretur vxori, l. si prior. 32. D. solut. matr.
Quo

Quo fit etiam ut si dos confiscetur maritus à fitco nisi in quantum facere potest conueniatur, quoniam non in plus teneretur vxori, l. si maritus. 32. D. eod. Quandoq; tenetur in solidum, si scilicet extraneus sibi negocium gessit, & suo nomine solui dotem sibi stipulatus est, non quatenus maritus vxori debet, in specie. l. quæ dotis. 33. D. eod. Atq; hanc esse huius legis veram interpretationem puto.

VERA LECTIO. L. I. C. DE COMITIB. & Tribun. schol. lib. 12. & l. humiliorib. 14. C. de suscep. præpos. & acar. lib. 10.

CAP. II.

IN l. i. C. de Comitib. & Tribu. schol. Impp. dum præpositos & Tribunos scholarum item Comites sacri stabuli, & Curam palatii deposito sacramento inter eos, qui Comites Aegypti vel Ponticæ diœceseos fuerint, haberi cum primi ordinis comitiua præcipiunt, alios qui eiusdem comitiuæ honorem fuerint nacti inter eosdem Aegypti & Ponticæ diœceseos Comites minimè haberi volunt, sed inter alios aliarum prouinciarum duces tantum. Hoc sensu rectè legitur vulgò & in plerisque omnibus libris, dict. l. i. nec est cur in ea loco horum verborum alios qui honore comitiuæ regimè fuerint nacti, cum quibusdã legamus, sin absque honore comitiuæ regimen fuerint nacti. Quod ut intelligatur sciendum est inter Comites primi ordinis & duces prouinciarum, duces seu Comites Aegypti & Ponticæ diœceseos maximè excelluisse, & summæ dignita-

8 PET. PERRONON. ANIMAD.
tis fuisse, l. 2. C. de Comit. rei militi. Edicto Iu-
stiniani 8. ita vt non quicunq; primi ordinis
comitiuam merebantur, & dignitatem quã il-
li duces habebant consequerentur, sed solùm
quam aliarum prouinciarum duces habebant
l. 1. C. de Comitib. & archiat. palat. d. l. 2. Itaq;
in d. l. 1. de Comitib. & Tribun. scholar. hoc pe-
culiariter præposito ac Tribuno scholarum,
Comiti sacri stabuli & Curæ palatij tribuitur
vt post adeptam primi ordinis Comitiuam in-
ter Comites vel duces Aegypti & Ponticæ ha-
beantur. Vnde rectè Impp. addunt alios in-
ter tales duces non numerari, sed inter alios
duces aliarum prouinciarum. Addendum est
enim in textu vocabulum aliarum, vt legatur:
Inter eos, qui duces fuerint aliarum prouin-
ciarum. Id quod Imperatores duobus confir-
mant exemplis, dict. l. 2. de Comitib. rei milit.
dict. l. 1. De Comit. & archiat. sacri palat. quas
cum l. 1. De Comit. & Tribun. scholar. coniun-
gendas esse inscriptiones & subscriptiones
eædem satis demonstrant: nisi quod in subscri-
ptione l. 1. de Comitib. & Tribun. scholar. le-
gendum est, vt in duabus alijs legibus pro vij.
xij. Quod etiam in l. humiliorib. 14. C. de sus-
cept. præpos. & arcar. pro constituendum con-
suendum legendum censent, hac ratione, quia
in ea agitur de canone vestium militarium, de
quo etiam in l. 1. C. de milit. veste. l. 1. C. Th. de
distract. pignor. quæ tribut. caus. tenent. qui
cohortatibus confertur, vt scilicet velit lex
cohortales non decuriones operam dare de-
bere, vt sint idonei, qui vestes illas consuant:
non

ET VARIAR. LECT. LIB. I. 9

non animaduertunt verbi constituendi significationem, quæ est, collatas à prouincialibus vestes fiscalibus titulis inferre, vt accipitur in l. 6. eod. tit. Vult enim lex illa, qua posita sub titulo de susceptoribus nihil ad eum pertineret, si emendationem illorum sequeremur, vt vestes militares collatæ à cohortalibus non à decurionibus fisco inscribatur & referatur. Confestæ iam & elaboratæ vestes conferuntur, nec necesse habent quibus conferuntur earum conficiendarum amplius gerere curam.

EXPLICATVM QVOD EST IN L.

statuliberi 29. in prin. D. de statulib. statuliberos puniri vt seruos.

C A P. III.

Non satis assequuntur plerique quid sit quod refertur in l. statuliberi 29. in princip. D. de statulib. statuliberos à ceteris seruis nostris nihil penè differre, & ideo quod ad actiones vel ex delicto venientes, vel ex negotio gesto, vel ex contractu pertinet, eiusdem esse conditionis cuius sunt serui nostri, adeoq; etiam in publicis iudiciis easdem pati poenas, quas ceteri patiuntur serui: non satis, inquam, assequuntur plerique quid illud sit, cum contrarium scriptum esse videant in l. moris. 9. §. vltim. D. de poenis. Quidam textum d. l. statuliberi emendandum esse putarunt, quos alij meritò refellunt: qui tamen nec ipsi quidquam afferunt, quod ad explicationem loci faciat. Nam quod aiunt d. l. statuliberi intelligendam esse

A 5

de

10 PET. PERREN. ANIMAD.
de iure quod receptum fuerit ante Constitu-
tionem D. Pij rem non explicant, cum verifi-
mile sit, minimè Pomponiū qui post D. Pium
scripsit contra eius Constitutionem scribere
voluisse. Huc accedit quod Vlpianus qui in d.
l. moris. §. vltim. scribit statuliberum quasi
liberum iam puniendum esse, (Quæ verba
propter particulam iam occasionem dederūt
illi supra adductæ sententiæ ac conciliationi)
alibi tamen fatetur statuliberum serui appel-
latione comprehendi & non minùs quàm ser-
uum tormentis ac quæstioni admoueri l. i. §.
serui appellatione, D. de Sc. Silanian. Dicen-
dum enim esset Vlpianum post Constitu-
tionem D. Pij modò ex ea modò contra eam re-
spondisse: quòd planè ridiculum est dicere.
Absurdum etiam foret hac ratione conciliare
l. edictum. 8. §. vltim. D. de quæstion. cum l. sta-
tuliber. 14. eod. in quarum vna Paulus ait de
statulibero non secus ac de seruo quæstionem
haberi, in altera negat Modestinus statulibe-
rum vt seruum puniendum esse, sed potiùs vt
liberum: cum vterque post Constitutionem
D. Pij scripserit. Quapropter sciendum est
quod dicitur, statuliberum medio tempore
seruum esse & ideo vt seruū puniri, id respectu
heredis rectè dici non autè respectu extranei.
Et hoc est quod dicitur in d. l. statuliberi, à ce-
teris seruis nostris statuliberos nihil differre,
ideoq; eiusdè esse còditionis cuius sunt ceteri
serui nostri: & quod ita ait Vlp. in d. l. i. §. serui
de Sc. Sila. nam medio tempore heredis sunt,
nec quod conditio existens efficit vt desinant
esse

ET VARIAR. LECT. LIB. I. II
esse heredis facit ne videantur interim eius esse,
& Paulus in d.l.edictum, §. vlti. de quæstio.
dum inquit, vt quæstio ex eo habeatur quod
seruus heredis est. Ergo quando heres pœnam
à statulibero petit, non vt liber, sed vt seruus
heredis punitur statuliber, ne deterior causa
heredis sit ob beneficium statu libertatis, arg.
l. si is qui ius. 42. in fin. D. ad l. Iul. de adul. Et ita
intelligenda est l. statuliberi in princ. ex ipsis
legis verbis: statuliberi à ceteris seruis nostris
nihil penè differunt. At non si respectu heredis
seruus est & vt seruus punitur statuliber etiã
respectu extranei seruus est, ideoq; vt seruus
puniri potest. Respectu enim extranei vel a-
lius quam heredis liber est, & vt liber puni-
tur. Atque ita intelligenda est Constitutio D.
Pij. Hæc distinctio non in statuliberti tantum
obtinere, sed in ijs quoque qui ius aureorum a-
nulorum sunt consequuti. Hi enim quamuis
respectu extranei pro ingenuis habeantur, re-
spectu tamen patroni pro libertis habentur
& vt liberti puniuntur, ne deterior patroni
causa fiat per ius illud & beneficium aureorũ
anulorum l. si exheredatus. §. vlt. cum l. seq. D.
de S. C. Silan. l. si is qui ius 42. D. ad leg. Iul. de
adult. l. sed si hac lege. 9. §. i. D. de in ius vocan.
Sic & in tutela liberorum patroni, pro liber-
tis habentur, in aliorum tutelis pro ingenuis
l. ἀπελεύθερον. 14. l. cum ex oratione 44. D. de
excusat. Atque ita quod Nouel. 78. ius aureorũ
anulorum tribuitur libertis, vt ingenui sint
& habeantur, id respectu patronorum locum
habet minimè.

IN

12 PET. PERREN. ANIMAD.
INTELLECTVS L. POMPONIVS
9. D. de negoc. gestis.

CAP. IIII.

CVM multæ sunt leges quæ absq; suis inscriptionibus explicari intelligiq; minimè possunt, tum vel l. Pomponius. 9. D. de negoc. gest. explicatio frustratentatur, nisi ratio inscriptionis habeatur. Ex quo cuius sint utilitatis & fructus singularum legum in Pandectis relatarum inscriptiones liquido constare potest. Nam hæc lex quæ multum vexata hætenus minimè percepta intellectaque fuisse videtur, ope & auxilio inscriptionis mirificè illustratur ac elucidatur. Sumpta est ex libris Quæstionum Scauolæ, in quibus multa continentur quæ ad Responsorum propriè libros pertinere videntur: aut potius multa referuntur in Quæstionum libris quæ iam antè in libris Responsorum habebantur: vt de Quæstionum & Responsorum Papiniani libris alij prodiderunt. Itaque habenda est consulenti Scauolam & consulti Scauolæ ratio. Hæc consulens ex Pomponio profert: Si negocium quamuis malè à te gestum proba- uero, negociorum tamen gestorum te mihi non teneri: eique quodammodo dura videntur, cum absurdum sit negociorum gestorum actionem semel coeptam propter rem aut negocium gestum nuda voluntate, id est, sola probatione negocij gesti tolli & euanescere. Quare verius ipsi videtur eo casu actionem negociorum gestorum non extinguui aut cessare,

cessare, sed pendere donec re ipsa quod gestū est comprobatum ac ratum habitum sit. (Est enim inter probare & ratum habere seu comprobare, ut infra dicitur.) Putat igitur negotiorum gestorum actionem nuda illa probatione tolli non debere, sed expressa comprobatione & ratihabitione: Ideoque quod dictum est à Pomponio negotiorum gestorum actionem cessare, sic intelligendum esse. (Illa enim verba: sed superius ita verum, &c. sic accipio) ut voluerit Pomponius tum demum locum hoc habere quando negotij gestor dolo malo caret. Huc usque consulenti sententia, qui putat non nuda negotij probatione sed ratihabitione negotiorum cessare actionem, & tandiu durare eam quamdiu ratum non habuerit is cuius negotium sit, neque enim sufficere rem probari à domino, ratum haberi necesse esse. Scauola suam interponens sententiam plus admittit quam consultor, dum ait: non tantum post solam probationem negotiorum gestorum durare actionem, sed etiam post ratihabitionem & comprobationem. Et hoc est quod ait in lege, Imò puto etsi comprobem, &c. quasi dicat, imò plus admitto etiā post ratihabitionem non cessare actionem negotiorum gestorum, quod in fine legis post multam disputationem eo modo & sensu repetit: Erit igitur, inquit, & post ratihabitionem negotiorum gestorum actio. Vnde quod dictum est à Pomponio eum qui gessit non teneri, si ego dominus negotij quod gestum est probauero sic intelligi debere ostendit, ut nō possim

possim reprobare quod semel probavi, aded
 vt velim nolim ratum habere necesse habeam,
 quod prius nuda voluntate probavi : non se-
 cus ac fieri consuevit, quando meum vtiliter
 gestum est negocium. Hæc est vera huius legis
 interpretatio. Cætera omitto, quibus Scæuo-
 la suam confirmat sententiã, cum ex ipso tex-
 tu peti possint & eorum explicatio nõ sit dif-
 ficilis. Illud addendum est videri interesse in-
 ter probare & ratum habere ex his legis ver-
 bis: & quemadmodum quod vtiliter gestum
 est necesse est apud iudicem pro rato haberi
 omne quod ab ipso probatum est, item ex il-
 lis: videndum ergo ne in dubio hoc ratum ha-
 beam actio negociorum gestorum pendeat.
 Nam quomodo cum semel cœperit nuda vo-
 luntate, id est sola probatione tolletur. Com-
 probare idem quod ratum habere esse apparet
 ex illis; Imò puto etsi comprobem, &c. quibus
 notat Scæuola verba consulentis de rato ha-
 bendo. Videndum ergo ne in dubio hoc an ra-
 tum habeam &c. quibus putabat post, rati ha-
 bitionem negociorum gestorum actionẽ non
 esse, non autem post simplicem & meram vo-
 luntatem, id est post solam probationem, quæ
 vt dictum, postea Scæuola notans ait: Imò etsi
 comprobem, id est non solum si probem, de
 quo non dubitabat consultor, sed etiam si cõ-
 probem, seu ratum habeã, actio negociorum
 gestorum non cessat, sed durat adhuc. Hinc
 rem ratam habere, rem comprobare & agnos-
 cere quod actum est definitur l. quo enim tu-
 tore. ii. D. rem ratam hab.

FRUCTVS PERCEPTI. DVAE IN-
ter bonæ fidei possessorem & fructuarium differentia.

Explicata l. bonæ fidei. 48. in pri. D. de ac-
qui. rerum domini.

CAP. V.

Vulgò percepti fructus definiuntur: qui
sunt à solo separati. Id quod non est o-
mnino verum. Differunt enim fructus
percepti ab ijs, qui solo desierunt contineri l.
si fructuarius. 13. D. quib. modo vsus f. l. qui
scit. 25. §. præterea. D. de vsur. l. bonæ fidei. 48.
in pri. D. de acquir. rerum domin. & fructus
separati non continuò percepti fructus sunt,
quamuis quidem percepti qui sunt etiam sint
necessariò separati: quoniam fructus percepti
dicuntur, qui ab eo ipso cui acquiruntur solo
sunt separati: aut qui cum primò ab alio sepa-
rati sunt eos dominus sibi postea vsurpauit:
separati verò simpliciter dicuntur, etiam qui
ab alio quouis quàm à domino separati non-
dum à domino naturaliter possidentur. Col-
ligitur & illustratur hæc differentia duabus
legib. quas modo protuli. Nam in d. l. si fru-
ctuarius 13. Quib. mod. vsus f. hoc interesse in-
ter fructuarium & bonæ fidei possessorem di-
citur, quod huius fructus fiant statim postquã
à solo separati fuerint, illius cum eos perce-
perit: vbi perceperit explicandum est per se à
solo separarit: quia agit de fructuario, qui ali-
ter dominus fructuum esse non potest. l. qui
scit. 25. §. præterea. D. de vsur. l. arborib. 12. §. si
fur. D. de vsus fruct. l. si seruus communis. 61.

§. locau. D. de furt. l. si eius. 78. de rei vindicat. (hanc enim legem ad vsu fructuarium pertinere lib. 2. harum Animad. ostēdemus.) Et quæ in illa lege inter bonæ fidei possessorē & vsu fructuariū statuitur differētia hæc est: Fructuarij nō possessoris sunt fructus nisi ipsi eos separarit, bonæ fidei sunt etiā si eos ab alio separari cōtigerit: quod tamē discrimē turbat Accursius ob non obseruatā verbi percipere significationē in d. l. 13. In l. bonæ fidei 48. in prin. dicuntur fructus fieri bonæ fidei possessoris statim postquam à solo seperati sunt etiam antequā ab eo percipiantur, quo significat Ictus fructus separatos ab alio nihilominus bonæ fidei possessoris esse etiam antequam ab illo repetiti sunt: idq; clariùs paulò post aperiam in prima inter fructuarium & bonæ fidei possessorem differentia. Percipere itaque non est simpliciter nec quoquo modo à terra seiungere, sed separando possessionem fructuū naturalem & corporalem consequi. Ut autem quoquo modo accipiam apparebit ex differentia duplici quam proponam inter bonæ fidei possessorem & fructuarium. Nam primò bonæ fidei possessoris fructus sūt siue ab ipso separentur siue à quouis alio, fructuarij non sunt nisi ab ipso separati fuerint non etiam si ab alio. l. qui scit. 25. §. præterea. D. de vsur. & ideo quandiu apud illum manent fructuarij non sunt l. arboribus. 12. §. vlt. D. de vsu. cum bonæ fidei possessoris sint quamuis possessionem eorum non sit nactus, vt est accipiendum quod est in l. bonæ fidei 48. in prin. De acquir. reru.

rer. domin. Denique etiam priusquam percipiat statim ubi à solo separati sunt bonæ fidei emptoris fiūt. Deinde bonæ fidei possessoris fructus sunt siue excussi fuerint, siue per se deciderint, fructuarij nisi excussi fuerint non etiam si deciderint, l. si fructuarius 13. D. quib. mod. vsusf. Atque hic duobus modis accipio, quoquo modo, in l. qui scit. 25. §. præterea. De viur. Id autē locū habet quoquo modo sati fuerunt fructus, id est, siue ab ipso bonæ fidei possessore, siue ab alio quouis, quòd apparet ex orthesi malæ fidei possessoris, cuius fructus non fiunt quoquo modo sati fuerint. d. l. qui scit. in princ. & ex eiusdem legis §. præterea. Igitur bonæ fidei possessoris fructus fiunt omnes siue ipse seuerit, siue alius quiuis, & siue bonæ fidei possessoris industria & opera fructus prouenerunt, siue alius cuiusuis. Et hoc modo accipio quod est in l. bonæ fidei 48. in princ. Dote acquir. rerum domin. fructus bonæ fidei emptoris esse non solum qui eius industria & opera prouenerunt, sed omnes, id est, etiā alios quoscunq; ab alio quàm à bonæ fidei possessore fatos, aut etiā eos qui alius quam bonæ fidei possessoris opera & industria prouenerūt. Id quod Ictus eadem ratione probat, qua l. qui scit. 15. §. præterea. de eadem re & specie tranctans quòd quantum ad fructus attinet, bonæ fidei emptor penè loco domini sit. Ut itaque fructus quos alius quiuis quam dominus ipse seuit domini sunt propter ius corporis, quod magis quàm ius seminis aspicitur in fructibus, ita & bonæ fidei

B

empto.


18 PET. PERRENON. ANIMAD.

emtoris fiunt qui quoad fructus attinet domi-
nus penè est. Penè autem refero ad fructus na-
turales, quorum respectu bonæ fidei possessio-
ri domini loco non est l. fructus 45. D. de usur.
Quæ adduntur postea verba in d. l. bonæ fidei.
Denique etiam priusquam percipiat bonæ fi-
dei emtor statim ubi à solo separati sunt fru-
ctus, eius fiunt, ita accipienda sunt. Dixerat
Jurisconsultus bonæ fidei emtorem percipi-
endo fructus suos facere, cui statim addit, imo
etiam si non percipiat fructus eius fiunt sta-
tim postquam solo separati sunt. Possis quo-
que dicere hæc verba non incommodè refer-
ri ad id quod dixerat l. fructus etiam alie-
na industria satis bonæ fidei possessori esse, ut
id ex iis velit cōfirmare hoc modo: Si fructus
à quocunq; sint terra separati bonæ fidei pos-
sessoris fiunt meritò eiusdem fieri debent à
quocunq; sati fuerint. Sanè eodem mo-
do colligit l. qui scit. 25. §. præterea D. de usur.
Hæc sunt qui mihi quæstionem de bonæ fidei
possessore, an fructus tam naturales quam in-
dustriales eius sint tractanti in mentem vene-
runt: quæ quanta quamque difficilis habeatur
vulgo notum est ita ut de hac possis dicere
tot esse interpretum sententias quot ferè sunt
interpretes. Ad hanc igitur hæc paucis præ-
munitionis loco dicenda putavi, de qua quid
meæ sententiæ prolixius alibi ex legib. & iu-
re nostro aperiam.

NOTA

ET VARIA. LECT. LIB. I. 19
NOTATVS VETERVM RITVS IN
nuptijs; ex quo l. penult. D. de donat. inter vir. &
vxor. verè intelligitur, & ab interpolatione
in suam vindicatur lectionem.

C A P. VI.

 Eritò videtur hæc lex difficillima, & penè inexplicabilis, quippe quæ sibi contraria, & seipsam euertere videatur. Quæ casu fuit cur eam ex iis etiam qui in iure civili aliquid vidisse existimantur, emendarent atque interpolarent. Ego verò spero, quod quidem sine cuiusquam invidia dictum & velim & credam facilè, hoc caput tantùm lucis ei allaturum vt seipsa in posterum vindicet ab omni emédatione. Sciendum est igitur duplex matrimonij genus hæc in lege proponi, vnum quod solo fit maritali consensu & honore, nullo ritu ac ceremonia: alterum quod fit solennitatib; aquæ & ignis adhibitis, quod proponitur in §. vltim. id tamen priori loco tractabitur. Vxores aqua & igni acceptas fuisse à maritis cum matrimoniis legitimè & solenniter contraherentur, iam dudum probatum est à pluribus doctissimis viris, ita vt post illos aliquid hæc de re dicere actum esset agere potiùs quàm ad rem aliquid in medium adferre. Vnum inter cetera in hac lege monendum duxi, de virginis scilicet deductione in hortos, eiusq; ibi comoratione quæ separatam à viro diætam haberet. Hoc etenim fieri solitum fuisse in iis

B 2 nuptiis

nuptiis quę solenniter contrahebantur apparet tum ex hoc loco, tum ex Terentio in Adelph. act. 5. scen. 7. Atque hanc in horto maceriam iube dirui Quantum potest, hac transfer, vnam fac domum; traduce & matrem & familiam omnem ad nos. Qui Terentij locus ita hanc legem illustrat, vt nullus alius possit magis. Quod Scęvola in hortis, Terentius in horto; quod ille diætam, hic maceriam; quod ille priusquam ad maritum vxor transfret, hic è cōtrario, vnam fac domū, traduce & matrem & familiam omnem ad nos. In quibus postremis verbis ita apparet matrisfamilias nomen vt clariùs non possit, matremfam. scilicet dictam fuisse statim postquam per deductionem in domum transfisset ad maritum. Vnam fac domum dixit etiam Terentius eo sensu quo Vlpianus in l. 1. §. si vir aut vxor. D. de Sc. Silian. sed quia, inquit, commixta familia & vna domus est, & Imperat. Gordianus vxorem sociam domus esse ait. l. 4. C. de crimine expilat. heredit. & Cicer. 1. offic. Nam cū sit hoc natura commune animantium, vt habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio, proxima in liberis; deinde vna domus, communia omnia. Ex quo apparet demum post in domum deductionem vxorem matrisf. nomen habuisse, & originem sumpsisse, quę vocatur & laudatur vitę societas & consortium inter coniuges in l. 1. D. de ritu nuptiar. l. 1. D. rerum mot. l. si rerum sz. D. de re iudic. d. l. 4. C. de crimine expil. hered. Horti autem intelliguntur qui sunt ædibus iuncti,

iuncti, vt in l. urbana 197. D. de verbor. signif.
 l. ultim. in prin. D. de seruit. prædior. urbanor.
 in quibus sæpe cænaculum & maceria erat d.
 l. ultim. in princ. l. senatus 43. §. 1. D. de leg. 1. l.
 uxorem 41. D. de leg. 3. ac sæpe loco ædium ha-
 bitabantur l. 5. §. domum. D. de Iniuriis. Alije-
 nim sunt qui extra urbem erant. l. 4. §. penult.
 D. de penu leg. d. l. 198. Hic autem contrahen-
 darum nuptiarum modus quando scilicet vxo-
 res aqua & igni accipiebantur, pertinebat ad
 eas nuptias quæ per confarreationem fiebant,
 quod ostendit Seruius 4. Aeneid. hac amplius
 adhibita, vt explicat Seruius solennitate. Sel-
 læ duæ iugatæ erant ouili pelle superinie-
 cta eius ouis quæ hostia fuisset, ibique nuben-
 tes velatis capitibus in confarreatione sede-
 bant, oportebat, inquam. pellem esse eius ouis
 quæ hostia fuisset, quod & Festus in aliis etiam
 sacris solennitatibus vsitatum fuisse indicat,
 cum ait mortuæ pecudis coreo calceos aut so-
 leas fieri flaminicis nefas habitum fuisse, sed
 aut occisæ alioqui aut immolatæ, quoniã sua
 morte extincta omnia funesta sint. Illud etiam
 de duabus sellis elucidare placet, eas nimirum
 post nuptias locum adhuc habuisse, & mariti
 & matris. separatas sellas fuisse, non tamen
 separatos agros, sed in eadem diætã eademque
 villa diuersas cathedras seu sellas habuisse.
 Sidon. Ep. 9. lib. 2. Sic tamen, quod qui inter
 matronarum cathedras codices erant stili-
 iis religiosus inueniretur, qui verò per sub-
 sellia patrum familias, ij cothurno latialis elo-
 qui nobilitarentur. Pertinet huc non nihil l.

1. C. de verb. signif. ibi vinum quod in apothecis fuit si ideo illic habuit, vt cum in prædium venisset materf. eo vteretur, &c. Ergo vt hæc concludatur obseruatio, ante nuptias separatæ erant diætæ viri & vxoris separatæ fellæ, post nuptias verò coniunctæ diætæ separatæ fellæ. His præmissis nunc ad sententiam huius §. vlt. accedamus. Igitur inter eos qui solenniter nuptias contrahunt donatio valet si fiat ante nuptias quamuis ipso die nuptiarum l. inter eos. 27. D. de donat. inter vir. & vxor. nisi scilicet sit facta deductio in domum mariti, quia iam vxor esse videtur quæ deducta est in domum l. càm in te 6. C. de donat. ante nupt. nec opus est accedat cōcubitus l. 15. D. de condit. & demonstr. Hæc de posteriori huius legis capite. Diuersum est caput primū. In eo enim matrimonium valere proponitur etiam absq; tabularum consignatione & in domum deductione, sineq; vllò planè ritu & solennitate l. 4. D. de pignor. l. 4. D. de fide instrum. solo igitur cōsensu ac maritali tantùm affectione hoc consistere matrimonium dicimus. Hinc regula regulas, Nuptias consensus non concubitus facit, quæ de simplici ac nudo cōsensu minimè intelligenda, sed vt ante proposuimus, de consensu & honore maritali, alioqui matrimonium nihil à concubinatu differret, qui sola animi destinatione æstimatur l. 4. D. de cōcubin. Neque rursus intelligenda est de consensu cōfirmato per deductionem in domum, vt voluit Hotomanus, qui hac de causa accusauit Tribonianū, quasi minùs propriè dictam
regulam

regulam eruiſſet ex d. l. cui fuerit. 15. D. de con-
 dit. & demonſtrat. quæ loquitur de conſenſu
 poſt deductionem in domum. Nam licet de
 regula elicita ſit ex d. l. 15. non minùs tamen
 vera eſt etiam intellecta de ſimplici maritali
 affectione, id eſt non confirmata per deductio-
 nem in domum. Atque huc valde pertinet l.
 cum hic ſtatus 32. §. ſi mulier. D. de donat. inter
 vir. & vxor. vbi hæc eadem proponitur regu-
 la, nulla deductionis in domum facta mentio-
 ne. Non coitus, inquit Vlpian. matrimonium
 facit ſed maritalis affectio. Quæ & eodem ſen-
 ſu à Papiniano proponitur in l. donationes.
 31. in prin. D. de donat. & à Iuſtiniano Nouell.
 67. cap. 2. Maritalis igitur affectio ſola matri-
 monium facit. l. 5. D. de bon. damnat. Quapro-
 pter hoc caſu donatio non valet quia facta
 videtur inter virum & vxorem d. §. mulier. d.
 l. 31. vbi illa verba perſonis inter ſe compara-
 tis hoc ſignificant, viro & vxore inter ſe com-
 paratis vt in vtroque ſit dignitas par & inge-
 nuitas, vt in l. ſi donationum 22. C. de nupt. in-
 ter pares honeſtate perſonas. Concubinam e-
 nim eo in loco ab vxore voluit ſeparare Pa-
 pinian. quæ inuicem dignitate diſtinguntur
 l. item legato. 49. §. parui autem refert, D. de
 leg. 3. Item quod d. l. 31. ait, coniunctione vitæ
 comparata, non hoc ſignificat vt vir & vxor
 debeant vnà habitare cum ſeorſim etiam ma-
 ritalem affectu habere poſſint. d. §. ſi mulier.
 d. l. 5. D. de bonis damnat. ſed illud vult ſigni-
 ficare quod eſt in definitione matrimonij: per-

24 PET. PERREN. ANIMAD.
petuam scilicet & indiuiduam vitæ coniun-
ctionem.

RATIO CONCILIANDI L. EX DI-
uerso. 17. D. solut. matrim. cum l. sicut au-
tem. 21. D. de re iudicat.

CAP. VII.

SI focer à marito de dote conuenia-
tur, an hoc honore affici debeat, vt
non in solidum, sed quatenus facere
potest damnetur, quæri solet. Nera-
tius cum Proculo scribit iustum quidem & æ-
quum esse, vt non in solidum sed quatenus fa-
cere potest conueniatur l. ex diuerso. 17. D. so-
luto matrim. alio nos tamen iure vti l. sicut
21. D. de re iudicat. quæ verba sic accipio, vt ve-
lit Neratius ipso iure aut potius stricto & ci-
uili iure id quidem esse receptum, quamuis æ-
quius iustius sit contrarium. Atq; eodem mo-
do Paulus in simili casu ex Proculo in d. l. ex
diuerso dari exceptionem ait, quamuis iure ci-
uili obligatio sit, quò significat Ictus dari ex-
ceptionem iusto & æquo iure quanquam stri-
cto & ciuili obligatio consistat & ideo dene-
getur exceptio. Ius receptum & quo vtimur
ius strictum est, quod sæpe æquiore & extraor-
dinario iure emendatur & mitigatur. Vnde
cùm secundum ius vulgare, aut vt ait Ictus, se-
cundum vulgarem iuris formam pater filios
suos quos emancipare rogatus est, emancipa-
re non cogatur l. filiusf. 114. §. secundum vul-
garem D. de leg. 1. extra ordinem tamen cogi-
tur.

tur. l. si cui legatum 92. §. 1. D. de condit. & de
monst. quia nimirum in extraordinariis iudi-
ciis strictum ius negligitur l. actio. 43. D. de
negoc. gest. Atque ita in l. 3. in pri. D. de mino-
ribus cum dictum esset minoribus rem suam
etiam benè gerentibus administrandam non
committi, eoque nos iure uti, additur prin-
cipes perrarò minoribus rerum suarum ad-
ministrationem extra ordinem indulgere. Ius
itaque vulgare & receptum significat ius stri-
ctum cui sepe adhærere solent. Icti etiam con-
tra omnem æquitatem, ut in specie l. sæpe 53. §.
ultim. D. de verbor. signif. l. prospexit 12. §. 1.
D. Qui & à quibus manumis. Hoc igitur in lo-
co quamvis iustum & æquum sit ex sententia
Proculi & Neratij qui sepe numero contra ius
strictum & receptum responderunt, socerum
conuentum à marito in solidum nō condem-
nari, iure tamen aliter introductum est, quod
& ipse Neratius non diffitetur in d. l. sicut au-
tem 21. De re iudicat. Atq; hæc sententia etiam
probat & confirmatur ex eo, quod propo-
nitur in lege quæ proximè subsequitur d. l. si-
cut autè. in qua ex Pomponio additur id quod
est in d. l. sicut autem, ita accipiendum esse si à
socero petatur ex promissione soluto matri-
monio. Nam aliud esse si constante adhuc ma-
trimonio dos ab eo petatur, succurrendum
enim utiq; & ut ne maioris summæ condem-
netur quàm quantum facere potest. Hoc enim
in loco utique interpretor tam ex æquitate
quam ex iure recepto.

26 PET. PERREN. ANIMAD.
DVPLICEM VIDERI ESSE
legis actionem.

CAP. VIII.

DVplicem esse legis actionem existimo, quam ut iurisdictionem in contentiosam & voluntariam diuidere possis. Ita enim accipio quod est in l. 3. D. de offic. proconsul. dum ait Iltus, Omnino enim non est apud eum legis actio; Omnino, id est neque ex iurisdictione voluntaria neque ex iurisdictione contentiosa: de vtraque enim paulò antè dixerat. Inde plenam legis actionem dicimus l. 1. C. de adopt. quasi aliqua minùs plena sit, puta contentiosa sola vel voluntaria sola, ut ecce, magistratus quidam municipales habeat legis actionem Paulus lib. 2. Sentent. tit. 25. l. vltim. C. de vind. libert. quamuis facere ea non possunt quæ magis imperij sunt quam iurisdictionis l. ea quæ magis 26. D. ad municip. Qui autem plenam perfectamque legis actionem habet non solùm quæ sunt iurisdictionis sed etiam quæ sunt imperij facere potest. Atque eodem modo accipio l. meminisse 10. D. eod. tit. De offic. proconsul. vbi ait Iltus proconsulem vsq; ad aduentum successoris sui omnia agere debere, omnia, id est tam quæ sunt contentiosæ quàm quæ voluntariæ iurisdictionis. Itaque rectè infert, ergò ius dicere debet quod est contentiosæ iurisdictionis. De voluntaria iurisdictione dubitari non poterat, quia cum imperiũ proconsul non deponat priusquam Romam ingressus

gressus sit l. vltim. D. de offic. proconsul. iurisdictionem voluntariã exercere minimè prohibetur, exemplo eius quod dicitur : eandem exercere iurisdictionem voluntariam quamprimùm est vrbe Roma egressus quamuis in prouinciam quæ ei decreta est nondum peruenit. Deponit aut iurisdictionem contentiosam statim postquã successor metropolin prouinciæ ingressus est l. 1. D. de offic. præf. August. quod tamen vir doctus malè negat. Qua in re differt à præfide qui omne deponit imperium & omnem amittit iurisdictionem postquam prouincia excessit & priuatus fit statim. l. 3. D. de offic. præfid. Dio lib. 53. item cumprimùm successor prouinciam est ingressus licet metropolim nondũ attigerit l. si fortè 17. D. eod. in qua continetur exceptio eius quod diximus præfidem adueniente successore suo deponere omnem iurisdictionem tam contentiosam quàm voluntariam, nempe si nescierit successorem suum aduenisse. Tunc enim adhuc poterit exercere iurisdictionem volũtariam, vt manumittere, tutores dare, quæ sunt iurisdictionis volũtariæ. Sic denique accipio quod est in l. quidam consulebant 57. D. de re iudic. vbi cum Iltus ex eò quod minori princeps potestatem dedisset, probasset minorem rectè ius dixisse, addit, omnia enim princeps gerere decreuit, id est tam quæ sunt voluntariæ iurisdictionis quàm quæ contentiosæ. Sed vt ad legis actiones reuertamur, quod definiuntur in l. 2. D. de Origin. Iur. quibus inter se homines disceptabant, ad contentiosas
legis

legis actiones pertinere arbitramur. Eodem verò modo Festus in fragm. ius describit. Vindiciæ, inquit, appellantur res eę de quibus cõtrouersia est, quod potius dicitur ius. quia sit inter eos qui contendunt. Temerè quidam hanc Pomponij descriptionem Triboniano ascribunt, & veram esse negant, cum eadem ex his Ouidij verbis elici possit. Ille nefastus erit per quem tria verba silētur, Fastus erit per quem lege licebit agi. Legis autem actionis diuisio confirmatur l. penul. de hęret. Ibi, omnis legitimus actus. Hactenus de legis actione, de qua aliàs pluribus.

IUSTAE ET INIUSTAE VXORIS

appellatio, eiusq; explicatio; item de duobus nubendi generibus ad l. si vxor 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.

CAP. IX.

VXoris iustæ & iniustæ appellatio reperitur in l. si vxor, 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. ex qua etiam constat aliud esse iustum matrimonium, iniustum aliud: cùm postquam dixisset de vxore tam iusta quàm iniusta addit: Hęc enim lex ad omnia matrimonia pertinet, omnia, id est, tam iusta quàm iniusta. Vtriusq; matrimonij tam iusti quàm iniusti fit etiam mentio in l. 1. D. vn de vir & vxor. & legitimi solum (quod idem est cum iusto) in l. de iure 37. §. vlt., D. ad municip. Iustum matrimonium est, in quo obseruãtur solennitates quæ legibus requiruntur, secundum quod iusta ac legitima vxor est, quæ
legum

legum ritibus adhibitis: & solennitatibus aut
 conuentione in manum non affectione sola
 maritali ducitur, quæque vti leges iubent nu-
 bit. Martial. lib. 5. Quæ legis iussu nupsit tibi
 Lælia Quinte, vxorem potes hanc dicere legi-
 timam. sanè apud autores duo nubendi gene-
 ra, lege & sine; vel quod idem est, iustè & iniu-
 stè reperiuntur. Ouidius lib. 2. de Arte. Non
 legis iussu lectum venistis in vnum: Fungitur
 in vobis munere legis amor. Ex quo Ouidij lo-
 co satis intelligitur quid non lege nubere, a-
 more scilicet solo maritali. Eadem quoque di-
 uisio nubendi lege & sine lege reperitur apud
 Terent. in Phorm. Si vxorem velit lege, id li-
 cere facere: sin aliter negat. Sic enim hic Terē-
 tij locus distinguendus est, non vt alias legi-
 tur in impressis libris: Nam (lege) ad vxorem
 referendum est, non ad licere, quod & Dona-
 tus videtur obseruasse. Huc accedant & alia
 autorum loca. Iuuenal. Nō nisi legitimè vult
 nubere. Etiam apud Gaium lib. 1. Instit. duo
 ponuntur genera nubendi, nuptiis & solo con-
 sensu, cuius verba post referētur. Martial. lib.
 11. Nubere Sylla mihi nulla non lege parata
 est, sed Syllam nulla ducere lege volo. Est au-
 tem lege nubere non simpliciter, id est, solo
 affectu nubere, sed vt leges iubent, eoque sen-
 su vsurpauit Labeo in l. vltim. D. de statutis.
 vbi Latini interpretes malè pro lege scripse-
 runt ex lege, & interpretati sunt ex conditio-
 ne; Melius Græci legem Iuliam intelligunt.
 Quod comprobatur Vlpianus in fragm. titu. de
 tutelis, vbi ait: Mulieri virginie vt nubat le-
 ge

30 PT. PERREN. ANIMAD.
ge ex lege Iulia de maritandis ordinibus tuto-
rem dari à prætore vr̄bis ad dotem constituē-
dam. Quo in loco rectè Vlpianus addit ad do-
tem constituendam, quoniam in nuptiis legi-
timis dos cum pacto intercedebat, l. i. C. de
cond. ob caus. dat. Nouell. Maiorani de san-
ctim. & viduis: lib. Respon. Papian. tit. 37. Plau-
tus Trinum. Me germanam meam sororem in
concubinatum tibi sic sine dote dedisse magis
quàm in matrimonium. Vlpiani loco addatur
hic Tertull. in Apolog. Nonne, inquit, va-
nissimas Papias leges quæ ante liberos suscipi
cogunt, quàm Iuliæ matrimonium contrahi:
Quo in loco Tertullian. ait leges Iulias coge-
re, id est iubere vxorem ducere, vt Martial.
Quæ legis iusso, &c. Et Ouidius: Non legis iuf-
su, &c. Et Apuleius Apolog. 2. Vxorē ducis le-
ges iubent, & Vlpianus tit. 17. Cælebs legi pa-
ruerit, id est, nupserit. Ex his cùm constet quid
sit iustè nubere, satis etiam apparet, quæ sit iu-
sta vxor, ea scilicet, quæ nup sit secundum le-
gis conuentionem in manum in nubendo &
alios ritus requirentes: quam sicut nos iustam
aut legitimam, aut lege iubentem dicimus, sic
Dionys. Halicar. κατὰ νόμους σὺνελθεῖσαι vo-
cat, vt iniustam Zosimus lib. 2. Ἐκατὰ νόμους
σὺνελθεῖσαι. Plutarch. quoque in collat. An-
ton. cum Demetrio hanc με κατὰ νόμους σὺνελθ-
σαι, illam δὲ δικαίως γαμεθεῖσαι vocat. Vbi ita
scribitur apud Gaium lib. 1. Instit. Legitimæ
sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptiis in-
teruenientibus vel consensu ducat vxorem,
apparet

apparet nuptias ab ipsis nuptiis separari, quia
 ait nuptias legitimas fieri nuptiis, id est, nup-
 tiarum solennitatibus interuenientibus & so-
 lo consensu. Quo in loco, vt hoc obiter addā,
 legitimas nuptias vtrasque vocat. Has quoni-
 am legibus approbatæ sunt, & legibus nomen
 sumplerunt, vt concubinatu dicitur in fine l.
 3. D. de concubin. illas quoniam legibus ipsis
 constitutæ sunt & inuentæ: quemadmodum ci-
 uiles dicuntur actiones & quæ legibus consti-
 tutæ sunt, & quæ iis comprobatæ sunt. §. 1. In-
 stit. de obligat. Aliàs melius distinguuntur
 nuptiæ à simpli matrimonio l. si ita. 10. D. de
 ritu nupt. l. penult. D. de Donat. inter virum &
 vxor. Notādum est vt vxores dictæ sunt iustæ,
 sic & viros iustos dictos, qui habebant iustas
 vxores. Quid. Quos faciunt iustos ignis & vn-
 da viros. Hæc satis ostendunt iustam vxorem
 aut legitimam dici eam quæ adhibitis legum
 ceremoniis & ritibus nupsit, quibus omisis,
 si quæ nubit iniusta vxor est. Et cuius exemplū
 esse puto inter aliā deportati vxore. Nā cū mo-
 dō solui matrimoniū deportatione affirme-
 tur l. si quis sic stipuletur D. de don. inter vir.
 & vxor. modō negetur l. 5. D. de bon. damnat. l.
 res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. C.
 de repud. Hoc de iniusta vxore, quæ solo affe-
 ctu vxor est, intelligendum, illud de vera & le-
 gitima. Cū enim peregrinus peregrinus ef-
 ficiatur l. 1. C. de hered. instit. l. 10. D. de in ius
 vocand. non potest is legitimus maritus esse,
 quia inter peregrinum & ciuem Romanum
 non sunt legitimæ nuptiæ. At quia affectu et-
 iam

32 PET. PERRENO. ANIMAD.

iam solo constant nuptiæ, nihilque prohibeat
 & verum mariti affectionem & mulierem v-
 xoris animum retinere, quod d.l.5 & d.l.1. non
 mirum si nuptiæ constant, in quibus etiam
 naturale ius & gentium spectatur l. adopti-
 mus §. 1. D. de ritu nuptiar. Pellex quæ vxoris
 loco in domo sine nuptiis est l. nasciturus 144.
 D. de verbor. signific. pro iniusta vxore accipi
 videtur apud Liuium; cum opponitur iustæ
 matr. fa. lib. 49. Nam et si, inquit, minor Lucius
 quam Perseus esset, hunc tamen iusta matrefa-
 milias illum pellice ortum esse. Iustam matrē
 famil. hic dixit quam ex Dionysio & Zosimo
 vocare possis *καλα νόμος σκελεθσαι*. Ad Liuij
 locum pertinet hic Iustin. lib. x. Artaxerxi re-
 gi Persarum ex pellicibus exu filij fuere, sed
 tres tantum iusto matrimonio suscepti. Ami-
 cam quæ eadem est cum pellice d. l. 144. etiam
 vxori opponit Terent. Siue ista vxor est, siue a-
 mica, vbi pro ista legi posset commodè iusta.
 Illud ad extremum obseruandum est, iniusta
 matrimonia adhibitis postea solennitatibus
 & repetitis ritibus consummata fuisse. Papien.
 lib. 1. Syluar. subiit leges & frena momordit.
 Ille solutus amor consumta est fabula vulgi:
 Et narrata diu viderunt oscula ciues. Ex qui-
 bus versibus intelligitur partim in his apud
 Tacitum lib. 11. Annal. Cuncta nuptiarum so-
 lennia celebrat: Haud sum ignarus fabulosum
 visum iri, tantum vllis mortalium seiuritatis
 fuisse in ciuitate omnium gnara & nihil reti-
 cente nedum consulem designatum cum vxo-
 re principis prædicta die adhibitis, qui obfi-
 gnarent

gnarent velut suscipiendorum liberorum causa conuenisse: at illam audisse auspicium verba subisse, sacrificasse apud deos, discubitu inter conuiuas, oscula, complexus noctem denique astam licenta coniugali, quid sit subisse, legibus scilicet paruissse in nubendo, partim matrimonia legibus probata & iusta palam et scientibus, videntibusque amicis atque ciuib. celebrata fuisse, quod & in iure nostro eodem sensu dicitur, cum de eadem re tractatur, vicinis scientibus l. si vicinis. 9. C. de nupt. l. filiū. 6. in fin. D. de his qui sui vel alien. iuri. Iuena. Hæc tu secreta & paucis commissa putabas. Non nisi legitimè vult nubere, partim deniq; fama vulgi & rumore matrimonia minus iusta ac legitima nota fuisse. Plaut. in Pers. Non tu nunc hominum mores vides. Cuiusmodi hic cum fama facilè nubitur. Tacit. lib. 12. C. Pomp. & l. vera. Cos. 5. pactum inter Claudiū & Agrippinam matrimonium iam fama iam amore illicito firmabatur, necdum celebrare solennia nuptiarum audebant nullo exemplo deducta in domum patruī patris filia. Ad id quod supra diximus matrimonia iniusta confirmari consueuisse, facit quod apud Teren. in And. Pamphilo Glycerium quam iam pro uxore habebat pater in manum postea dat his verbis. Te isti virum do omuium tutorem patrem, bona nostra hæc tibi committo & tuæ mando fidei. Hæc satis superque de iniusta uxore, quam esse dicimus, quæ cum posset ritibus adhibitis iusta esse, ijs omisis, iniusta facta est: non quæ cum vellet iusta esse, iusta esse

34 PET. PERRENON. ANIMAD.
non potuit. Hæc enim quamuis non sit iusta &
legitima, l. 4. D. de ritu nupt. l. cum legitimæ.
19. D. de statu homin. in hoc tamen tractatu ta-
lis à nobis non intelligitur.

*QVÆDAM EXPOSITA ET DECLARA-
rata in L. 1. D. de Regul. Iuris.*

CAP. X.

IN lege prima, de regul. Iuris quædam
sunt aliorum iam explicata diligen-
tia, quæ ideo repetenda non duco. Id
enim neque propositum fert meum
neque patientia lectoris. Quòd verò hic dici-
tur non ex regula ius sumi, sed exuire regulam
sic accipio ut velit Iustus indicare, ad scientiã
iuris perueniri non per causas & maximas
aut axiomata, sed per effectus & consequentias
et quavis ars iuris certis suis præceptis ac regu-
lis cõprehendatur, ea tamen præcepta non ex
se iudicari, sed ex ijs quæ inde consequuntur,
æstimari. Ex artibus & scientiis quædam pro-
cedunt à causis ad effectus, quædam verò è con-
trario ab effectibus ad causas, è quibus est Iu-
ris prudentia, quæ tum primis fidit cum eadem
ex consequentibus ponderata & æstimata fue-
rint. Nec enim Icti ex eorum sunt numero,
quos his verbis eleganter notat Lactantius li.
3. cap. 23. Cum autem, inquit, primis habuerint
fidem, qualia sunt ea quæ sequuntur, non cir-
cumspiciunt, sed defendunt omni modo, cum
debeant prima illa vtrumue vera sint an falsa,
ex consequentibus iudicare. Hæc Lactantius:
Re-

Regulæ igitur si quæ sunt apud Illos, cum ex iure descendant & originem sumant etiam pro iuris ratione variantur: Et hoc est quod ait Iltus, ex iure quod est regulam sumi. Nulla enim alia de causa illud, quod est, addit, quam ut significaret regulam pro iuris ratione aliã atque aliam esse, & quale ius sit talem etiam esse iuris regulam. Non ergo tanti fiunt regulæ ut mordicus retineantur, si aliquid postea emergat, quod aliud ius suadere videatur. Et hoc est quod aiunt Imperatores in lege tertia C. de Const. princip. leges & constituta regulam futuris imponere. Ex his constat quid de regulis iudicandum sit, illas nimirum non per se subsistere, sed ex iure duntaxat stabiliri ac æstimari, & iure aut stare aut cadere potissimum, nec ita nos astringi regulis, quin ab illis recedere possimus, si id suadeat ius aliud quod postea emergens. Etsi autem ex regulis quandoque argumenta ducantur, ut in l. vlti. C. de hered. instit. l. debitor. §. vltim. D. de leg. 2. Quin imò sequi regulas iuris, quod dicitur, nihil sit aliud quam producere aliquid ad consequentias & inde argumentari, ut intelligitur ex l. quod verò 14. coniuncta l. sequen. D. de legib. id tamen ideo fit, quia regulæ pro iure semel receptæ sunt, atque ex iure, quod est desumptæ, & ipsæ rationem iuris habent. Atque hinc existimo originem habuisse Proculeianorum & Sabinianorum sectam ut voluerint Sabiniani regulas antiquas factas tectas retinendas esse, nec ab ijs vel latum unguẽ recedendum, Proculeiani verò satius esse putarint

tarint regulas mutari & pro iuris ratione va-
 riari. Videamus quid sit quod regula dicitur
 officium suum perdere, simul ac in aliquo vi-
 tiata est. Id autem refero ad ius singulare, quo
 aliquid receptum est utilitatis causa, contra
 ius commune. Nam cum ius finitum sit, id est,
 certis præceptis definitionibus & regulis cō-
 cludatur, l. 2. D. de iur. & facti ignorant, & om-
 nis regula ex iure, ut supra dictū est, deproma-
 tur, si quid ex æquitate contra ius propter uti-
 litatē cōmunē vel alicuius favorē cōstituitur
 contra regulas iuris & ciuilē rationē receptū
 dicitur, l. quod verò. 14. D. de leg. l. cōtra 141.
 D. de reg. iur. Et hoc est quod dicitur in l. 15. de
 leg. In his quæ contra rationem iuris consti-
 tuta sunt, non possumus sequi regulam iuris;
 quia scilicet ex ipso iure cum desumatur re-
 gula, si quid contra ius constitutum est, & ipsi
 aduersetur regulæ necesse est: & quod dicitur
 in l. 14. D. de diuers. tempor. act. De accessioni-
 bus possessionum nihil in perpetuum neque
 generaliter definire nos posse, quod consistat
 in sola æquitate: item quod est in §. vltim. In-
 stit. de donat. multa favore libertatis contra
 communes regulas statuta esse. Tandiu igitur
 sibi constat regula, quandiu ad similes causas
 produci ac extendi potest. Nam cum id sit iu-
 ris proprium, ut ibi sit eadem iuris constitu-
 tio vbi eadem est ratio l. illud quæ situm 32. D.
 ad leg. Atque l. vlti. C. ad leg. Falcid. quoniam
 regula ex iure ipso valet, etiam hoc ei cum iu-
 re commune est, ut ad consequentias produca-
 tur, ut modò probauimus ex l. debitor 82. §. vl-
 tim.

tim. D. de leg. 2. l. vltim. C. de hered. instit. l. 15.
 D. de legib. Lactantius lib. 5. cap. 9. Quoniam
 pietas in summo regulam tenens tenorem su-
 um seruaret in cæteris. AEquitas verò quoniã
 certis nullis regulis ac præceptis continetur,
 d. l. 14. de diuersi. temp. act. ad consequentias
 minimè producitur, etiam si eadem sit & æque
 iusta in alijs ratio, imò etiam quandoque æ-
 quior, l. qui negocia. 34. D. Mandati l. quod cõ-
 tra 14. D. de legib. Ea etiam quæ rarò fiunt, viti-
 ant regulas, cum eorum in iure constituendo
 à legislatoribus ratio non habeatur l. 3. & 4.
 D. de legib. l. 3. D. si pars hered. pet. Nouell. 44.
 & 49. Nam & ita Græci scribunt nos quæ non
 frequenter fiunt minimè *ἐἰς κανόνας παραχάμ-
 βαντες καὶ ἔλντες ἐπι-ἕτερον*. De legibus quoque
 dicere possis eas per priuilegia vitiari Nam
 cùm leges sint communes l. 1. D. de legib. pri-
 uilegia verò specialia & priua, quod per pri-
 uilegia statuitur id ad corruptionem commu-
 nium legum introductum esse dicitur Nouel.
 VII. Ex his constat regulam tunc officium suum
 perdere cum ad similes casus trahi & extendi
 nequit, cùm sit in primis regulæ munus vt ad
 consequentias & similes casus produci possit
 l. 15. D. de legib. Cùm itaque aliquid ex æquita-
 te statuitur contra tenorem iuris, quia vitia-
 tur ius: ideoque etiam regula quæ semper ex
 iure descendit, nunquam ex æquitate, suo offi-
 cio minimè fungitur regula, quoniam hoc in
 casu produci non potest ad consequentiam,
 nec efficere vt ibi sit idem ius vbi eadem est ra-
 tio, quod regulæ maximè proprium est. Hæc

sunt quæ potissimum ad hanc legem dicenda putavi, quibus & illud addam regulas iuris tã late ferè patere, quàm ius, neque vllam esse ferè legem aliãve iuris constitutionem, quæ non suam regulam habere videatur. Vnde legum regulæ pro ipsis regulis sumuntur. Nouell. Theod. de testament. Sancimus. 6. C. de adnoc. diuers. iudic. & pro ipso iure, l. 2. D. locati, vbi locatio & cõductio iisdẽ cũ emtione & venditione regulis contineri dicitur. Seneca quoque lib. 2. de Ira ca. 27. regulam iuris aperte refert inter leges & publicas tabulas. Sic enim ille: Quis est iste qui se pfitetur omnibus legibus innocentem, vt hoc ita sit quàm angusta innocẽtia est ad legẽ bonũ esse? Quãto latius officiorũ patet quã iuris regula? Quã multa pietas, humanitas, liberalitas, iusticia, fides exigũt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt? Equidẽ in tit. de regulis Iuris eiusmodi proponuntur sententiæ pro regulis iuris, quæ hæc nõ tenẽtibus minimè regulæ videntur, quales sunt l. 2. l. 28. l. 62. l. 65. l. 73. §. 2. l. 191. Quas quæso, etiã referũt sentẽtias libris suis Regularũ Neriarius, Pomponius, Scæuola, Gaius, Vlpianus, Paulus, Martianus, Molestinus, Rufinus? Non certè, quas quidam solum vocandas regulas putant, κοινὰς quasdam δόξας & ἀπορίσµους. Quamobrem idem significare regulam puto quod legis index apud Ciceron. i. Philipp. significat. Hic est inquit Cicero, legis index, vt iij res in tertia decuria iudicent qui liberè iudicare non audeant, & quod argumentum legis ac iuris dicimus l. qui filium. 77. in fin. D. ad

S C.

SC. Trebel. l. hereditas: 34. D. de acquir. rer. do-
min. Non nego tamen quin regulæ maximè &
propriè accipiantur eo modo quo illi accipi-
unt. Sed de his satis.

AN SI HERES ROGATUS SIT POST
*mortem suam restituere quicquid ex hereditate bo-
nisue percepisset, fructus etiam restituantur,
eaq; de re quædam explicata leges.*

CAP. XI.

Qui aiunt interesse vtrum testator di-
xerit, quicquid ex bonis supererit
post mortem tuam restituas, vt hoc
casu fructus restitui debeât, an quic-
quid ex hereditate supererit, vt hoc fidei com-
misso fructus in restitutione non veniant. Sa-
tis refelluntur l. quod his verbis 83. in prin. D.
de leg. 3. l. heredes. 57. in prin. D. ad SC. Trebel.
vbi expressè dicitur in fidei commissum hoc.
Quicquid ex hereditate bonisue ad te perue-
nerit fructus non contineri. Qui etiam inter-
esse putant, vtrum testator dixerit: Quod ex
hereditate peruenerit, vtrum. Quod ex here-
ditate supererit, vt in hoc fidei commissum
fructus restituendi veniant, in illud minimè
refelluntur l. 3. §. cum Pollidius D. de vsur. l.
2. §. vltim. D. de dot. præ leg. in quibus in fidei
commisso: Quicquid ex bonis vel hereditate
peruenerit, fructus restitui dicuntur. Hæ igitur
distinctiones cum non valeant ad conci-
liationem legum quærenda & inuenienda est
nobis alia. Animaduerti quod fructus hoc fi-
dei commissio. Quicquid ex hereditate bonis-
ue peruenerit vel supererit, modò restitui di-
cuntur

40 PET. PERRENO. ANIMAD.

cuntur modò non, ita intelligendum esse, vt non restituantur si de testatoris voluntate hac in re non constet, restituantur, cum de ea constat. Vnde quando restituendos esse vel non restituendos aiút I Cti ferè semper addere solèt, id de voluntate testatoris esse, vt in l. 3. §. nonnunquam, D. de vsur. ita quod ex fructibus supererit iure voluntatis restitui oportebit, in l. Ballista 32. D. ad SC. Trebel. ex his verbis quæ proponis existimo etiam fructus quos ex hereditate percepit, restituere eum debere, in l. quod his verbis 83. in princ. D. de leg. 3. Nec enim quicquam proponi ex quo de his quoque restituendis testatorem rogasse probari potest, in l. heredes 57. in princ. D. ad SC. Trebel. nihil de fructibus pendente conditione perceptis petitum videri constitit. In his enim omnibus legibus de fidei commisso agitur, quo rogatus est quis, quicquid ex hereditate bonifue ad se peruenisset restituere. Regula est: Nò videtur rogatus restituere fructus, cuius fidei commissum restituere quicquid ad se ex hereditate peruenit. Exceptio est nisi alia mens testatoris appareat. Regula proponitur in l. deducta. 58. §. penul. D. ad SC. Trebel. in quo malè Cuiac. lib. 12. obs. negationem detrahit, quod satis ostendit quæ additur in eo clausula: Cum ea verba diminutionem quidè hereditatis admittunt fructuum aut additamentum non recipiant. Nam fructuum additamentum non recipere illa verba ait Papinianus, respiciens ad fidei commissarium, non vt putat Cuiacius id heredem scriptum & rogatum restituere hereditatem

tatem: hocque significat huiusmodi legatum non posse fructuum additamentum recipere quamuis quidem minuatur, ita ut fidei commissarius possit minus recipere.

DE IIS QUAE IVRE MAGISTRATUS competunt. Quando pater filium vel filius patrem iudicem habere possit:

& alia quadam.

C A P. XII.

Sunt quæ iure magistratus haberi ac competere dicuntur l. i. in princip. D. de offic. eius cui mandat. l. more maiorum 5. D. de Iurisdic. Magistratum cum dicimus, eum intelligimus, qui ordinariè nō extraordinariè ius dicit l. 2. §. & hæc omnia D. de orig. Iur. l. si in aliam 7. §. vlti. D. de offic. procons. Sueton. in Tyber. cap. 31. Cætera quoque non nisi per magistratum & iure ordinario agebantur. In iure publico siue ordinario iudicio magistratus iure suæ potestatis, quod verbum significat imperium l. 3. D. de Iurisd. l. potestatis verbū 215. D. verbor. significat. non utitur. Sic enim accipio quod dicitur in l. nam quod 14. in princip. D. ad SC. Trebellian. magistratum quod ad ius publicum attinet non sequi ius potestatis suæ, ac si diceret **I**ctus, magistratum in ordinariis iudicijs potestatem ingenij quam habet non sequi: quod & probat l. i. D. Si vent. nomin. mul. sed in extraordinarijs tantum l. penult. §. i. D. Ne vis fiat ei qui in posses. miss. l. i. D. Si quis ius deerit non obtemp. Est etenim alia iuris alia pu-

C 5

blic

42 PET. PERREN. ANIMAD.
blici iudicij potestas l. i. C. de testa. manum.
l. qui id quod 33. in princ. D. de donat. adeò vt
multa quæ iure denegantur iudicij potestate
tribuantur l. hereditas. 50. in fin. D. de heredit.
petit. l. filiusf. 114. §. secundum vulgarem D. de
leg. i. coniuncta. l. si cui legatum. 92. §. i. D. de
cond. & demonst. Atque in iudicijs publici
magistratus si quam habent potestatem ea vti
possunt, in iure ordinario non possunt: id est,
iudices qui magistratus sunt in publicis iudi-
cijs vti possunt suo, hoc est, magistratus iure &
etiã iure potestatis suæ, si quã habent: q̄ ius eis
nò cõpetit quatenus sunt magistratus, sed alio
extraordinario & speciali priuilegio. In iure
ordinario, quoniam iuris potius quàm iudi-
cij vigor spectatur, magistratus, qui potesta-
tem specialem habent, exercere eam vtiq; non
possunt, sed contenti esse debent iure quod
magistratus conditio tribuit. Itaque possis di-
cere magistratum eo casu verè magistratum
esse, cum magistratus, si propriè loqui veli-
mus, sit is qui potestate præditus non est, &
ideo magistratus separatur ab eo qui potesta-
tem habet l. eum qui. 13. D. de iurisd. l. 3. §. vlti.
D. de recept. arbit. l. qui furere 20. D. de statu
homin. Et si quandoque potestas tribuitur ma-
gistratui l. potestatis 215. De verbor. significat.
vt imperium l. 2. D. de adopt. l. 2. D. de in ius vo-
cand. l. 4. D. de recept. arbit. intelligere oportet
eam potestatem idque imperium, quam
quodue alio quàm magistratus iure habet, cū
ea magistratus minimè iure suo habeat l. 3. D.
de iurisd. Hinc quod dicitur in l. in priuatis
77. &

77. & l. sequ. patrem posse iudicem esse filio, & contra filium patri, quoniam iudicandi munus sit publicum, sic accipio, ut ideò filius patri iudex esse possit & vicissim pater filio, quoniam iudicare est ordinarij iudicij & publici iuris, ideoque magistratus iudex potestatem in ea re suam exercere non potest, quod maximè conuenit cum d. l. nam quod ad ius, iuncto. §. vltim. legi quæ præcedit. E diuerso igitur in extraordinarijs iudicijs, in quibus magistratus potestatem suam exercere potest, filius magistratus patri ius dicere non potest, & contra pater filio l. qui iurisdictioni 10. D. de Iurisd. Quod magistratus iure competit more maiorum competere, mandari, transferri dicitur l. i. §. qui mandatá. D. de offic. eius cui mād. est iurisdic. l. more maiorum. 8. D. de iurisd. l. magistratus 25. D. ad municip. Itaque in l. pen. D. de Iustic. & iure. Hæc verba, saluo more maiorum iurisdictionem denotant, illa verò salua maiestate imperij sui potestatem ac imperium merum significant. In l. cum prætor. 12. §. lege D. de Iudic. rectè videtur abesse vox more in quibusdam libris; item si quibus id more cōcessum est propter vim imperij. Nam quod conceditur propter vim imperij id non more, sed speciali lege & cōstitutione tribuitur: aut certè dicendum est imperij verbo mixtum imperium comprehendi non merum, & ita retinenda erit vox more, idque probabilius videtur.

Panni-

44 PET. PERREN. ANIMAD.

PANNICULARIA, SPOLIA, ZONAE,

Ελγετωλον, Sinus, & alia ad l. Diuus Adrianus, §.

D. de bonis dam. quæ & ipsa emendatur.

CAP. XIII.



Vi rei capitalis erant criminis
ordida squalidaque veste indue-
bantur, vt apparet ex l. vestem. 39.
D. de Iniurijs. facit l. item apud
Labeonē 15. §. hæc autem ferè eod.
Iustin. histor. lib. xxxvi. Hanc sce-
lestam violentiæ rabiem squalidam vestem su-
mit, barbam capillumque in modum reorum
summittit. Q. Curtius lib. 6. Tūc Philelam re-
legatis post tergum manibus, obsoleto amicu-
lo velatum iussit induci: Sueton. in Claud. ca.
15. Sidon. Apollin. Epist. 7. lib. 1. Cæsar lib. 4. de
bell. Africa. Neque tam priuato vestitu, sed et-
iam reorum habitu. Huiusmodi autem vestis
erat pannis (vnde pannicularia dicta) confu-
ta, uibus etiam pauperes abiectique vteban-
tur. Seneca lib. 5. de Benefi. cap. 13. Sic qui malè
vestitum & pannosum vidit nudum se vidisse
dicit. Idem Epist. xx. Alioqui leue argumentū
est bonæ voluntatis grabatus aut pannus, nisi
apparuit aliquem illa non necessitate pati,
sed malle. Comicus in Eunuch. Video sentum
squalidum agrum pannis annisque oblitum.
Auctor Phænic. apud Lactant. Egestas obfita pā-
nis. Iustin. histor. lib. xxj. pannosus & squali-
dus. A pannis igitur dicuntur pannicularia,
quæ sunt vestes, quibus in reatu criminali cō-
stitutus induitur, vel vt ait Vlpia. Sunt ea quæ
in cu-

in custodiam receptus secum attulit. Ab his differunt spolia, quæ sunt vestes quibus indutus est reus cum ad supplicium ducitur: idque ipsa ostendit appellatio, inquit Ulpian. quia spoliari reus non poterat nisi post condemnationem, non autem quando in carcerem ducebatur, ut rescripserat Adrianus Imper. l. 2. d. tit. De bon. damnat. Inde apud alios autores spoliari dicuntur rei quando ad supplicium destinantur. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Magister equitum & victor scissa veste spoliatusque corpore licitorum verberibus laceratus. Liuius lib. 7. Tunc Papyrius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac virgas ac secures expediri iussit. Quapropter in nostra lege ita legendum est omnino: Pannicularia sunt ea quæ in custodiam receptus secum attulit. Spolia quibus indutus est cum quis ad supplicium ducitur. De pannicularijs amplius videamus. Pannicularia non sunt quæ reus in Zona circa se habuit, rectè quia in Zona res preciosæ ut aurum, argentum, non autem ea quæ ad victum solum necessaria gerebantur. Suet. in vitel. cap. antep. Zona se aui eorum plena circumdedit. Egesippus lib. 5. cap. 24. auro & argento succinctos dixit. Refert liber officior. Constantinop. tyrannos ideo ademisse Christianis hominibus condemnatis Zonam & ερεπλον, ut omnem eorum fortunam substantiamque haberent: ubi idem explicat quid sit ερεπλον his verbis: ερεπλον εστιν ετητάμενος χρυσοσ εκ λριων πωαδεν μένος καθαπες χοινιών όπερ εχρε-

εφέρομαι ἐπὶ τραχήλῃ. Eodem sensu paulò ante dixit σχοινοπλόπιον ἄργυρον. Rectè autem ait ἐν τραχήλῃ, quia res magni pretij ferè gerebantur in sinu. seneca epist. xx. & epistol. cxix. Quid. Quo precium condat non habet ille sinum. Quintil. declamat. 5. Et ego quidem rogabo qui soleo, sed in tuos sinus populus congeret stipes. Inde in l. qui testamentum 27. D. de probat. fortunam & substantiam in sinu habere: & in hac ipsa lege: Vel si quod chirographum magnæ pecuniæ in sinu habuerit. Illa verba in hac lege Pannicularia &c. Sunt adhuc ex Adriani constitutione, itaque verbum vltro in ea significat prius vt in l. 2. in princ. D. de lege Rhodia l. i. §. interdictum. D. vti possidetis. Vult enim Imper. Adrianus non prius spoliari reum debere quam si damnatus sit: idque etiam refert Adrianum rescripsisse Callistratus in l. 2. eod.

DE SEQUESTRE EXPLICATÆ
leges: an in eum transeat possessio & domi-
nium rei depositæ.

CAP. XIII.

EX eo quod Paulus ait, propriè in sequestre depositum esse quod à pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur l. propriè 8. D. depositi, hoc elicimus & colligimus impropriè sequestrem esse, cui alio quàm custodiæ solius proposito res committitur, quique alia quàm custodiæ lege rem deponendam accipit. Quod cum ita sit apparet tum propriè

propriè tum impropiè accipi sequestrum &
 modò dici pro custodia depositione, modò
 pro alio aliquo deposito. Certè hoc etiam ex
 Iuliano apparet sequestrum ita propriè acci-
 pi de custodia, vt semper in deponendo ad so-
 lam custodiam depositum videatur, nisi ali-
 quid specialiter in contrarium actum fuisse
 aperte probetur l. interesse. 59. D. de acquiren.
 posses. Quamobrem qui præter custodiã quid
 amplius in sequestro requirit, vt qui non so-
 lam custodiam, sed possessionis quoque trans-
 lationem in eo spectari ait de sequestro pro-
 priè non loquitur, sed impropiè sequestrum
 intelligit. Hoc cum constet sequestrum esse
 propriè quando custodia apud aliquem depo-
 nitur, sed aut possessio simul aut dominium:
 constet etiam tum demum in sequestro depo-
 ni possessionem aut dominium, quãdo non i-
 pfa res deponitur qua de controuersia est, sed
 aliud aliquod pignus sponfionis, quod ferat
 qui vicerit l. si gratuilani. 17. §. vlti. D. de præ-
 script. verb. apparet toties in sequestro posses-
 sionem transferri, quoties deponitur non ip-
 sa res qua de agitur in iudicio, sed aliud quid
 pro pignore eius de quo est actio. Quare quod
 sequestrum dicitur quod cum quæstio est in
 iudicio, deponitur l. sequester 110. D. de Verb.
 signif. l. 5. C. quor. appell. non recip. l. Imp. 21.
 §. vlt. D. de appellat. de proprio sequestro id
 intelligendum est, quo sola custodia traditur
 vt supra dictum. Toties igitur propriè seque-
 strum accipitur, quoties ipsa res deponitur de
 qua controuersia est, impropiè verò quoties
 non

48 PT. PERREN. ANIMAD.

non ipsa res, sed aliud aliquid sponſionis gratia. Et in proprio sequestro datur depositi sequestriaria actio l. 5. §. 1. l. si in Asia 12. §. aut sequestro. D. depositi, quia possessio nunquam à deponente abscessit, in improprio verò non datur depositi, sed præscriptis verbis actio, quia qui deposuit possessionem & dominium habere desijt l. 17. §. vltim. D. de præscript. verb. Atque hæc est dubitandi ratio in l. 9. §. Labeo. D. de dolo malo in qua qui rem deposuit de qua controuersia erat, eam repetere non potest sequestriaria, quia ei nondum adiudicata est, nec eius esse declarata est per sententiam iudicis, itaque interim tantum aget præscriptis verbis ad exemplum sequestri improprij. Hæc cum ita sint notandum est l. licet deponere 17. D. depositi de sequestro improprio esse, itaque in eo rectè poni apud sequestrum depositum fuisse cum nos aliqua in controuersiam deduceretur, non autem depositam fuisse rem ipsam controuersam, vt in proprio sequestro fieri solet. Quare rectè statuit illa lex ea depositione (his verbis utitur lex quæ notanda sunt) hoc agi videri vt in sequestrem possessio transfératur. Ex his quæ dicta sunt manifesta est duarum legum conciliatio l. interesse. 39. D. de acquir. possess. l. licet deponere. 17. D. depositi in quarum hoc statuitur in sequestro possessionem transferri, quoniam de improprio sequestro loquitur; in illa negatur transferri, quæ cum de proprio sequestro sit, non contraria est d. l. 39.

De

DE SEQUESTRE

amplius.

CAP. XV.

Quod apud sequestrum deponitur tã-
 diu apud eum manere debet quan-
 diu lis durat & finita controuersia
 non est l. 5. C. quorum appel. non re-
 cip. l. vltim. c. de ordin. cognit. Plautus in vi-
 dula citante Prisciano lib. 6. Ego seruabo qua-
 si sequestro dotis: Neutri reddibo doni cum
 res iudicata erit, idque solebat addi in deponē-
 do vt quod deponebatur apud sequestrum red-
 deretur, tum demum cum res iudicata esset, &
 ita accipitur lex & conditio depositionis l. si
 quis affirmauerit. 9. §. labeo. D. de dolo. l. 5. §.
 vltim. D. depositi, in quibus omnis dubitatio-
 nis ratio pendet ex eo quod diximus apud se-
 questrum depositum non ante repeti quam res
 iudicata fuerit, & lis finem acceperit, optima
 ratione, quoniam cum victori rem reddere de-
 beat l. si gratuilam 17. §. vltim. D. de præscript.
 verb. l. interesse 39. D. de acquir. possess. l. litiga-
 tores. 11. §. quid ergo. D. de recept. arbit. victor
 non est nisi qui in lite superior extitit: adeo
 vt si sententia extinguatur appellatione, res
 adhuc deponenda sit l. 5. C. quorum appell. nõ
 recip. quia victus non videtur qui prouocat l.
 2. D. de pœnis, & ita victor nõ est, cuius aduer-
 sarius victus dici non potest, vt est apud En-
 nium in fragment. Seruij: Qui vicit non est vi-
 ctor nisi victu fatetur. Item quoniam res depo-
 sita apud sequestrum ab vtraque parte dedu-

D

citur

50 PET. PERREN. ANIMAD.
citur, vt de ea litigetur l. vltim. C. quib. ad li-
bert. proclam. non licet, quādiu igitur litigāt
aduerfarij, res deposita reddi nō potest. Quod
apud fequeftrem deponitur in medio iure col-
locari dicitur l. vltim. C. quando ad libert.
proclam. non licet, fi in ea legamus vt est in ve-
teribus libris & Codice Theodof. & in l. S. C.
quand. prouoc. non licet. Græci vt ostendit
Cuiacius in deposito interpretantur in me-
dio iure, *ἐν μέσῳ τῶν δικάζοντων*. Similique ferè mo-
do Imperat. de fe in l. omnium 9. §. 1. C. de testa-
ment. nobis medijs & toto iure quod scrinijs
noſtris eſt conſtitutum teſte ſuccedit, & in l. 2.
C. de his qui in Eccleſ. ſine aliquo iuriſteſte
& interprete, eſt ſine aliqua media perſona, &
in l. vbi falſi 22. C. ad leg. Cornel. de falſ. iudex
medius dicitur, quod debeat ſeruare quæ ſen-
tiat donec ſententia aperit quid ſibi liqueat.
Quod Modeſtinus ait ſequeſtrem dici ab eo
quod occurrenti aut quaſi ſequenti eos qui cō-
tendunt committitur l. ſequeſter no. de verb.
ſignific. ſic ex audio, quaſi dixiſſet ſequeſtrem
dici eſſe ab eo quod committatur interuenien-
ti & medium ſe interponenti, vt ſequeſtrem
non ab eo dici velit Modeſtinus, vt quidam vo-
lunt, quod ſequatur eos qui contendunt, ſed
ab eo quod fidei eius committatur poſtquam
ſe obtulit aut electus depositum recepit, vt ea-
dem ſit Modeſtini quæ Gellij deriuatio, ſeque-
ſtrem dictum eſſe, quod eius fidem pars vtraque
ſequatur. Et quod ait occurrenti aut quaſi ſe-
quenti, duo notat tacitè ſequeſtri genera, vnū
quando quis ſpōte ſua ſe ac ſuam operam con-
tenden-

tendentibus offert, alterum quando quis electus electione approbat, ac eorum iudicium sequitur à quibus electus est, qui dicitur vir bonus ab vtraque parte electus apud quem deponatur l. §. D. vt legat. nomin. caueatur. Priori similis est ille de quo Virgil. 7. Aeneid. Dum medium paci se offert iustissimus vnus, in quo versu qui dicitur medius pacis, à Lucano lib. 10. pacis sequester appellatur, & à Seneca publice gratiæ sequester. Idem enim significat medius quod sequester, Fabius lib. 12. cap. 8. Quomodo autem sequester ille & media litiū manus & quidem interpret. Quo ex loco etiam apparet interpretis nomen idem valere, ac pro sequestre accipi: vt et apud Liuium lib. 2. Huic interpreti arbitroq; concordie ciuiū, & apud Afion. Verr. 2. l. 2. C. de his qui in Eccles. Ergo ab eo quod fidem eius sequantur alij non ab eo quod aliorum fidem sequatur dictus est sequester: & committere in d. l. sequester, nihil est aliud quàm fidem sequi aut committere alicuius fidei: alioqui si dixerimus dictum ab eo sequestrem quod sequatur fidem, nihil durius eo quod ait Modestinus ab occurrendo & sequendo dictum, cum hæc sint omnino diuersa, quoniam vt alij notat occurrit qui tendit: sequitur qui post venit. Quod est in l. ei apud quem. 5. in fin. D. depositi arbitratu iudicis deponi significat, si iudex arbitratus sit. Nam iudex arbitratur quo loco res litigiosa deponenda sit & modò apud ædem sacram, modò alibi deponendam sentit l. si fidei iussor. 7. §. vltim. D. qui satisf. coguntur l. acceptam.

52 PET. PERRENON. ANIMAD.
ceptam. 9. C. de vsur. l. 1. §. super peculio D. de
asser. tollend. Illa verò verba, oportet rem li-
tigiousam arbitrati iudicis apud ædem aliquã
deponi hoc potius significare videntur nullo
alio in loco rem deponi quàm in æde sacra,
sed si id faciendum iudex arbitratus sit. In d. l.
7. §. vltim. apud officium est apud eadem publi-
cam, quoniam publicæ personæ ac officiales
curam habebant ædium publicarum l. 1. §. sui
autē. C. de commun. seruo manumif. l. moris.
9. §. solet. D. de pœnis.

MOS IMPP. RESCRIBENDI AD LI-
bellos verbis ICtorum & vera lectio l. Lucius.
21. §. vltim. D. ad municipal.

C A P. XVI.

Hic morem notabo qui ab Impp. in
rescriptis obseruari solebat. Scien-
dum est rescripta Impp. nihil aliud
plerunque fuisse quàm ipsorum IC-
torum responsa seu opiniones libellis eorum
qui Impp. consulebant relatas, vt eas Impp.
suis rescriptis vel confirmarent si probaren-
tur vel reiicerent, si reiiciendę viderentur. Vn-
de Imp. Alexander in l. 4. C. de contra. 5. stipul.
Secundum responsum Domitij Vlpiani præ-
fecti annonæ Ilti amici mei ea quæ stipulata
est, &c. & in l. si lis. 11. C. ad legem Cornel. de
fals. Impp. Dioeletianus & Maxim. iuxta res-
ponsum viri prudentissimi Pauli requiretur.
Huic rei facem etiam præfert vetus Vespasia-
ni rescriptum ad libellũ sibi oblatum. Si qua
noua addicere vultis detis Procons. adire de-
bebitis.

bebitis. Ego enim nullo respondente consti-
 tuere nihil possum. Impp. igitur rescribebant
 ex respōsis magistratum & Ictorum. Et hoc
 est quod sæpenumero solet addi in rescriptis
 Impp. sic responsum esse, ut in l. 3. C. de acqui.
 posses. sicut responso Papiniani continetur
 in l. 6. C. de nupt. responsum viri prudentissi-
 mi Pauli declarat in l. postquam. 7. C. de here.
 vendit. sicut responsum est, in l. 3. C. in quibus
 causis pignus vel hypotheca. multi prudentū
 placuit in l. 2. C. Hermog. de Calum. sicut res-
 pōsis prudentum continetur. Quod autem
 dixi solitos fuisse eos qui libellos principib.
 offerebant prudentum responsa ijs inferere,
 id probo ex l. vtere 14. C. de præd. minor. vte-
 re viri prudentissimi Papiniano responso, cæ-
 terorumque quorum precibus fecisti mentio-
 nem sententijs, ex l. cum responso 12. C. de le-
 gat. Cum responso viri prudentissimi Papi-
 niani quod precibus insertum est &c. Atque
 hoc est quod sæpenumero Ictorum sententiæ
 Impp. rescriptis iuuari ac confirmari dicun-
 tur l. legato 37. D. de leg. 1. l. postumus 6. §. vlti.
 D. de inoff. testament. l. diui fratres. 17. D. de iu-
 re patron. & alibi. Hæc cum ita sint mirum vi-
 deri non debet quod Impp. rescripta eadem
 plerunque verba habent quæ Ictorum respō-
 sa ac sententiæ. Cuius rei hoc in loco exempla
 quædem proponere placet, ut ita vindicetur,
 ab emendatione l. Lucius 21. §. vltim. D. ad mu-
 nici. de qua postea dicemus. Ac primum pro-
 deat l. 6. C. de nuptiis qua in lege Imp. Gor-
 dian. verba Pauli cum eius mentione ita ex-

presit, vt in eo rescripto videatur Imp. ipse
 secundas, vt sic dicam egisse. Pauli autem res-
 ponsum iisdem verbis extat in l. eos qui 65. §.
 1. D. de ritu nupt. Eiusdem Pauli verba quæ ex-
 tant lib. 5. Sentent. tit. 15. expresserunt Imp.
 Dioclet. & Maxim. in l. 5. C. de testibus. Imp.
 quoque Seuerus & Antoninus duobus in locis
 Pauli sententiam vsurparunt in l. 1. C. de præ-
 script. long. tempor. ex lib. 4. Sentent. tit. 2. in
 l. 3. C. de inoff. testament. ex lib. 4. Senten. tit. 8.
 Vlpiani etiam sententia quæ extat in l. 18. D.
 ad exhibend. vsi sunt Imp. in l. vltim. C. eod.
 Ex his quæ dicta sunt etiam me tacente seipse
 satis asserit ac ab omni emendationis conatu
 tuetur §. vltim. l. Lucius 21. D. ad municip. in
 quo Pauli proponitur responsum, cuius simi-
 lia imò eadem sunt verba in rescripto Imp.
 in l. C. de vendit. reb. ciuil. Quo moti pelrique
 omnes locum aliter legendum putarunt & v-
 bi scriptum est idem (id est Paulus) respondit
 emendarunt, ac ipse Cuiac. lib. 2. obser. Iidem
 (scilicet Imp.) rescripserunt. Illud hîc addē-
 dum videtur principes suos habuisse quæsto-
 res, qui eos monerent quod potissimùm se-
 querentur, responsum inter tot tam multa ac
 tam varia sæpenumero prudentum responsa,
 quod probat l. vltim. C. de diuers. rescrip. No-
 uell. 83. 114. & Nouell. Valentin. de homicid.
 Vnde in l. rescript. 12. D. de dict. tract. pignor.
 Rescriptum est ab Imp. libello. agente Papi-
 niano, Lamprid. in Alexand. Relegentib. cun-
 cta librarijs & ijs qui scriniũ gerebant, ita vt
 Alexander sua manu adderet, si quid esset ad-
 dendum,

dendum, sed ex eius sententia qui disertior habebatur. Symmach. Epist. 52. lib. 5. Rescriptorum omnium fama te respicit.

DECLARATA L. 2. D. DE IN
ius vocando.

C A P. XVII.

Quo in loco legis 2. C. de in ius vocando legitur eum qui in causa publica transuehatur in ius vocari non debere, quidam pro in causa publica, in capitolium legendum putant, itaque emendant. Id enim transuectionis genus notari ab Vlpiano arbitrantur, quando equites Romani Idibus Iulij ab æde Honoris equis infidentes in Capitolium transibant. Nonnulli etiam pro illis verbis substituunt in censu publice, & ad illam transuectionem referunt, quando equites Romani post militiæ stipendia equis etiam infidentes per forum transibant & rationes reddebant quantum temporis & quibus sub ducib. meruerat, ut eos Censores vel honesta vel ignominiosa dimitterent missione. Sed videamus ecquid afferri possit, quod lectionem omnium librorum consensu & autoritate firmatam tueri queat. Suetonius quidem locus, quo tamen alij ad suam abutuntur sententiam, huc mirifice facit. Sic enim ille in Octauio cap. 38. Equitum turmas, frequenter recognouit post longam intercapedinem reducto iure transuectionis, sed neque detrahi quemquam in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Ex senio

12. PET. PERREN. ANIMAD.

vel aliqua corporis labe insignibus permisit
præmissio in ordine equo ad respondendum
quoties citarentur pedibus venire, mox red-
dendi equi gratiam fecit eis qui maiores an-
norum quinque & quadraginta retinere eum
nollent. Vides ex hoc loco equos in foro & ut
ait Sueton. in ordine adhiberi solitos fuisse.
Postremis autem Suetonij verbis idem conti-
neri puto quod iam fuerat antè in 12. Tabul. i-
ta ut Octavianus videatur ius 12. Tabu. hac in
re in vsum reduxisse. Voluerunt enim 12. Tab.
si æger vel senex in ius vocatus esset, ut iumē-
tum daretur, aut si nollet ille, ut accipere cogi
non posset. Verè a 12. Tabul. ita legenda sunt.
Si in ius vocato morbus æuitasue vitium es-
cit: qui in ius vocasset iumentum dato, si no-
let, arceram ne sternito. Escit pro fit, ut alio
in loco 12. Tabul. apud Festum in Nec Ast ei
custos nec escit, & apud Ennium viij. Annal.
Quin & mortalem summum fortuna repente
Reddidit, è summo ut regno famul. optimus
escit. Sed ut de equis qui in publica causa ha-
bebantur amplius agamus, huc pertinere non
nihil videtur Martial. lib. 8. dum ait, Foro que
triplici sparsus ante equos omnes, denique
Martis & Colosson Augusti, quia cum triplex
fuerit forum quemadmodum ipse hic ac alibi
ipse significat Martialis & ex Plauto in Cur-
culione, Seneca de ira, Ouidio 3. Tristium &
Statio in Syluis intelligitur, videtur hinc Mar-
tialis triplex forum explicasse per suas spe-
cies & vnum denotasse his verbis, ante equos
omnes

omnes. Nescio quid illud sit quod aduocati vel causidici in foro equis insidere leguntur Martial. lib. 9. Tam graue percussis incudibus æra resultant; Causidicum medio cum faber aptat equo Carolus Magnus apud Naucler. Si aduocatus placitare voluerit vt non pluribus quàm triginta equis ad placitandum veniat Nescio etiam an ad transfuectionis morem respexerit Iulianus Nouel. lxxix. Cum ait facere litigatores transire. Nihil enim affirmare hic libet, quamuis quidem quæ diximus veriora esse existimem ijs quæ de transfuectionis alio genere ab alijs referuntur. Si quid aliud hac de re mihi inter legendum offeratur, harum rerum auidis id minimè inuidebo.

ERROR IVS FACIT AD L. 3.

D. de suppell. legat.

C A P. XVIII.

ERror ius facit, inquit l. 2. §. vltim. D. de suppell. legat. vbi nō error priuatus vel vnius hominis, id est solius testatoris, vt pleriq; secuti Græcorum interpretationem putant, sed error publicus intelligitur: quod satis confirmant illa ipsius Pauli verba, hodie propter vsum imperitorū, non ergo propter solius testatoris erroneam voluntatem. In ea enim lege agitur de ijs quæ non vnius præsumptione, sed quæ publicè & totius populi ore ita putantur: quia ibi Paulus disputat de candelabris argenteis, quæ ait suppellectilis antiquitas non fuisse propter seculi seueritatem non admittentis adhuc suppel-

D 5

lecti-

48 PET. PERRENO. ANIMAD.

lectilem argenteam, aliud tamen suo tempore
obtinere, vt & Papianus de eadem re tractans
ait in l. legata. 9. §. 1. eod. posterior ætas rece-
pit, & Celsus in l. 7. eod. morib. ciuitatis &
vsu rerum suppellectilem esse mutatam, quo-
niam cum veteres vterentur fistili lignea, vi-
trea, area suppellectili posteriores vti cape-
runt ebore testudine argento auro & gem-
mis pro suppellectile. Etenim prior ætas sup-
pellectilem argenteam non admittebant, & i-
deo aliter respondissent veteres Icti, quàm vt
respondent Paulus & Papinianus. Error itaq;
qui publicus consuetudine factus est ius facit,
vt in l. quod non ratione 39. D. de legibus & a-
pud Senecam aliquot in locis, vt Epist. cxxiii.
Rectè apud nos locum tenet error vbi publi-
cus factus est. Fuit quidem hac de re inter Tu-
beronem & Seruium disputatio. Seruius enim
putabat defuncti voluntatem semper ex com-
muni loquendi vsu interpretationem capere,
eamque intelligi ex recepta & approbata lo-
quendi forma. Tubero contra solam defuncti
voluntatem sufficere per se etiam si commu-
nis recti sermonis vsus deficiat. Vtriusque sen-
tentiam refert Celsus & Seruij probat in l. 7.
D. de suppel. legat. quàm probabiliorem certè
existimo, aliosque iuris nostri autores appro-
basse non dubito. Vnde Vlpian. in l. librorum
32. §. quod tamen D. de leg. 3. cum dixisset, nisi
nos vrserit voluntas, rectè addit postea, quia
in vsu plerique libros appellant & Celsus
cum dixisset verisimilius esse mentem testan-
tis fuisse vt legato vino & amphoras accessio-
ni

ni esse voluerit, adijcit: sic loquimur habere nos amphoras mille ad mensuram vini referētes l. 3. §. 1. D. de tritic. vino oleo legat. Sic Papinianus cū dixisset in l. cū pater 77. §. fidei tuæ. D. de leg. 2. Nam ordo scripturæ non impedit causam iuris ac voluntatis rectè addidit iuris, quasi dicere voluisset iustæ voluntatis, quod Paulus post eum clarius dixit in l. 6. D. de solut. Nec enim ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure sumitur id quod agi videtur. Error igitur solius defuncti ius non facit, ut in l. si alij 19. D. de vsuf. legat. l. his verb. 7. C. de testam. milit. nec voluntas quæ proferatur aliquid contra communem recti sermonis formam ut in l. 4. D. de leg. 1. l. Plautius 8. D. de auro arg. legat. Quæ etenim esset confusio si ex suo quisque consilio & ex ratione quæ in mentem & libidinem venit, non ex communi ciuitatis præscripto loqui vnicuique liceret? Est ergo verior ea sententia qua dici mus valere sententiam ac voluntatem defuncti quatenus communi vsu loquēdi approbatur. Quod si in contraria fuerunt Græci sententia, ne eorum quidem auctoritati acquiescendum esse iudico planè, de qua tamen nobis alibi dabitur fortassis dicendi locus.

*QVI NEQVE SEQVANTVR
neque ducantur.*

CAP. XIX.



Vocationis in ius duæ sunt viæ, vna
ut vocatus in ius eat & sequatur, al-
ra ut nisi eat & sequatur inuitus per
manus

manus iniectioem ducatur atque trahatur; idque leges 12. Tabul. sanciebāt, in quibus ita fuit. Si caluitur pedē mue struit manum endo iacito, item Manus iniectio esto in ius ducito. Liuius li. 3. Si ad iudicem non eat pro damnato in vinculas sequi iubet. Quintil. Declamat ii. Illo per fidem trahite damnatos quo non sequantur. Cicero pro Quintio. In ius vocas sequitur. Hinc in l. medicos. 6. C. de profes. & medic. lib. 10. nec ad iudicium deduci vel exhiberi in l. i. §. ex hoc rescripto. D. de vent. inspicien. aut exhiberi aut ducere permitti extraordinem l. i. D. de interdicit. de quibus exhibendis ducendis interdicitā competunt l. petitiones §. in fine C. de aduocat. diuer. iudicior. nec exhibitionis vel deductionis onere molestam. Primò igitur se reus in iudicio exhibere ac sistere debuit, id est vocantem in ius cum sequi oportuit. Cornifius lib. 1. ad Herenniū lege ius est id quod populi iussu sancitum est. Quod genus est vt in ius eas cum voceris, deinde id nisi fecisset inuitus ab actore deducebatur aut perducebatur ad magistratum vt est in l. qui filium 4. D. vbi pupill. educ. debeat l. 4. D. ad legem Iuliam de vi priuata, & in edicto prætoris apud Gellium lib. 11. cap. 17. Si quis eorum ad me eductus fuerit. Philostratus in Heliod. ἀλλὰ πάρεγγαγεν ἀδελφὸν εἰς τὰ δυναστῆρια ἀκονίστε καὶ τὸ γενεῖσ ἔλκειν. Ex quo apparet Gaium sub hoc titulo: Qui neque sequantur neque ducantur, comprehendere voluisse eos qui cum in ius vocati non veniunt inuiti in ius duci non possunt. Hic namque titulus

non

non fuit in edicto prætoris, sed in opere Gaij
 Icti edicti prætoris interpretatis: cuius modi
 sæpe sunt tituli apud Licinium Rufinum in li-
 bris Vlpiani Pauli eiusdem Gaij & aliorum
 Ictorum, vt Vlpianus libro de officio Procō-
 sulis, sub titulo de sicarijs & veneficis: Mode-
 stinus libro differentiarum sexto sub titulo
 de scientib. & ignorantib. Papinianus libro
 definitionum secundo sub titulo de Iudicatis
 Vlpianus lib. xix. ad Edictum sub titulo. Si fa-
 tebitur iniuria occisum esse in simplum &c.
 Et Gaius definiuit sub illo titulo eum qui so-
 lutus non sit vocari in ius non posse, nec si vo-
 catus non sequatur, in ius trahi posse l. 48. de
 verb. signif. l. 4. D. de in ius vocand. l. 4. §. i. D. si
 quis cautionib. Sunt aliæ causæ propter quas
 in ius vocatus sequi debet, qui tamen si voca-
 tus non eat duci non potest, vt si ex domo sua
 in ius vocetur l. plerique 18. cum l. sequent. D.
 de in ius vocand. & alij iam ab alijs notati. Il-
 lud tantum admonendum videtur, hunc titu-
 lum. In ius vocati vt eant vel satisfident, sis ex-
 audiendum esse, in ius vocati vt eant vel satisfi-
 dent, nisi duci in ius ac trahi velint. Nam qui
 neque sequitur vocatus, neque satisfidat manu
 iniecta inuitus trahitur & ductus in ius ambu-
 lare cogitur.

AD

AD EDICTVM: SI QVIS IVS
dicenti non obtemperauerit.

CAP. XX.



Vemadmodum qui in ius vocatus non sequitur inuitus duci ac trahi potest, ita res qua de agitur, si vindicari per eum qui illam ex mandato & sententia magistratus debet, nequit iure duci trahi ac ferri potest l. qui restituere 68. D. de re vindic. Id quod si non patiatur fieri ius dicenti non obtemperasse videtur: quia quod extremum est in iurisdictione non fecit. Extremum autem in re aliqua dicimus ultra quod res progredi nequit, ac summum ac perfectum in re aliqua punctum. Ciceroi. Offi. Efficitur id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vn^o fiat ex pluribus. Tacitus in praefat. vitæ Agric. Dedimus profecto grande patientiæ documentum vt sicut ætas vidit quid vltimum in libertate esset, ita nos quid in seruitute. Summum verò & vltimum in iurisdictione esse puto extraordinarium auxilium ultra quod iurisdictione non extenditur §. septima. Instit. de bonor. posses. Extraordinarium etenim auxilium est quod necessitatem summam habet, vt quod non nisi necessario à ius dicente impertiatur l. 4. C. de ædific. priuat. l. decreto. 14. D. de administ. tutor. Vnde fit vt tum demum detur quando ius dicens aut magistratus summo ac mero iure suæ potestatis vtitur. In extraordinarijs enim tantum auxilijs magistratus

tus

tus suam potestatem exercent non etiam in
 ordinarijs vt alibi dicebamus l. i. §. necessario
 D. si vent. nomi. mulier. in posses. miss. l. nam
 quod ad ius 14. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. i. D. Ne
 ius fiat ei qui in posses. Atque hoc est quod sta-
 tim inquit ICTus in vestibulo explicationis
 huius edicti omnibus magistratibus secundum
 ius potestatis suæ concessum esse iurisdic-
 tionem suam defendere pœnali iudicio, vbi ius
 potestatis significat extraordinariam iurisdic-
 tionem vt in d. l. i. d. l. 14. d. l. 3. & id quod in l. 3.
 §. i. D. de recep. arbit. necessitas iurisdictionis.
 Itaque quoniam iubere duci manu militari
 extraordinarij imperij est d. l. i. d. l. 3. ideo sum-
 mum est in iurisdictione & maiorem magi-
 stratus iurisdictionem habere non potest. Quod
 cum ita sit qui ius dicenti aliquid mandanti
 quod est suæ potestatis ac imperij non pareat
 non obtemperasse magistratui videtur. Est
 quod est in l. vnica. D. si quis ius dicenti non
 obtempera. eum non videri obtemperare ius
 dicenti, qui quod extremum est in iurisdic-
 tione non fecit, veluti si quis rem mobilem ac se passus
 non est, sed duci eam vel ferri passus est, ceterum
 cum si & sequentia recusauit, tunc non
 obtemperasse videri, quod inquam ita in ea
 scriptum est ita subaudiendum necessario est:
 Is videtur ius dicenti non obtemperasse qui
 quod extremum est in iurisdictione non fecit,
 veluti si duci rem aut ferri passus non est, quod
 ICTus vocat sequentia recusare: quoniam vt
 dixi vindicatio non est summum in iurisdic-
 tione, seu non est extraordinariæ iurisdictionis.

nis,

nis, sed ordinariæ. Verum quidem est eum qui vindicari rem passus non est ius dicenti non obtemperare l. qui restituere 68. de rei vindic. sed non propterea eum dicendum est negligere quod vltimum est in iurisdictione. Pluribus modis nõ obtemperatur ius dicenti, vt si quis tribus edictis propositis vel vno pro tribus presentiam suam facere contemserit l. contumacia 83. D. de re iudic. si quis in ius vocatus non ierit l. 2. D. si quis in ius vocat. non ierit. & iure veteri si quis citatus non respondebat neque excusabatur Gel. lib. ii. cap. i. in summa quicumq; vt contumax plecti potest l. i. §. propter casum. D. de postul. d. l. contumacia. Sed non propterea hi omnes non faciunt quod est extremum in iurisdictione. Videamus nunc quæ sit huius Edicti pœna. Veteribus pœna eorum qui consulibus non paruisset, & vt ait Plutarch. ἀπειρίας ζυμία, fuit quinque bouum & duarum ouium vt est apud Plutarch. in Publicola. Iure nostro qui non obtemperat ius dicenti in solidum cõuenitur ac damno litis coercetur l. de ætate n. §. q. tacuit D. de interr. in iure faciend. l. contumacia 53. de re iudicat. Hoc etenim in iudicium non quanti interest, sed quanti res est continet l. vnica. Si quis ius dicenti non obtemp. quod veram rei aestimationem significat l. inter hæc verba 179. l. hæc verba 193. de verb. signif. Harmenop. de hac lege scribēs li. i. οὐκ εἰς τὸ διαφέρειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἀμνηστὲς ποσὸν ἀρμόζει. Quod videri posset introducum ad exemplum illius mulctæ, qua afficiebantur.

bantur qui consulibus non obtemperabant. Ζημια enim illud esse voluerunt, οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ζημιῶσιν ὁ πόσον εἶναι δοκεῖ, inquit Halicar. lib. 10. ἀλλ' αὐτοὶ ἄξιαν ὤρισαν. Sequitur vt dicendum videatur quibus magistratibus hæc mulctæ illatio competere possit. Omnibus, qui ius potestatis habent, vt apparet ex l. vnica. Si quis ius dicenti non obtemper. id est qui imperium habet l. 3. D. de Iurisd. Certè mulctæ illatio summis tantum competit magistratib. l. aliud fraus est 131. in fin. D. de verb. signific. l. sacrileg. 9. in fin. D. ad leg. Iul. pecul. Cùm itaque magistratus municipales imperium aut potestatem non habeant l. ea quæ D. ad municip. hoc edicto iurisdictionem suam defendere non possunt. Equidem quemadmodum Vlpianus lib. 1. ad edictum vrbicum de iurisdictione vrbana ei que obtemperandum esse scripsit l. vnic. Si quis ius dicenti non obtemper. vt & Paulus eodem libro l. vlti. D. de Iurisdic. l. 2. §. si quis in ius vocat. non ierit & Hermogenianus lib. 1. Epitomarum l. contumacia 83. D. de re iudic. quem constat in libris suis Epitomarum ordinem edicti perpetui secutum fuisse l. 2. D. de statu homin. Sic Gaius libro suo primo ad edictum prouinciale (Prouinciales autem magistratus in suis edictis prouincialibus prætorum edicta sequebantur plurimum, eorumque ordinem seruabant) de iurisdictione municipali disputauit, ei que parendum esse scripsit l. incola. 29. D. ad municipal. sed eis pœnale iudicium ad defensionē

E iuris

iurisdictionis non dedit. Auſim tamen hoc iudicium concedere duum uiris, idque quia illis auſim etiam tribuere poteſtatem præter omnium fanè opinionem. Potestatem quod illis tribuo moucor l. ſi quis uxori 52. §. ſi fugitiuum D. de furt. ubi à duum uiris vel ab aliis qui poteſtatem habent. Hi certè a magistratibus municipalibus ſeparantur l. in honorarijs 35. in fin. D. de oblig. & action. & à ſimplicibus iudicibus l. vltim. C. qui admit. ad bonor. poſſeſ. & maximæ autoritatis, dignitatis & poteſtatis fuiſſe oſtenduntur l. i. D. de albo ſcribend. & hic Apulei locus in Apologia prima Splendidiffima Colonia ſumus, inquit, in qua Colonia patrem habui loco principis duum uiralem cunctis honoribus perfunctum. Cuius ego locum in Repub. exinde ut participare curiam cæpi, nequaquam degener pari ſpero honore & exiſtimatione tueor. Scilicet ut proconſules ac præſides in ijs prouincijs quas gerebant maius imperium poſt principem obtinebant l. 8. D. de offic. proconſul. l. 4. D. de offic. præſid. ita puto duum uirum ſummum à principe locum in ſua Colonia municipiõe tenuiſſe, maiorem certè magistratum fuiſſe oſtendit l. i. in princip. C. de natalib. liber. Ut ut ſit reſpexiſſe Ulpianum ad veterem legem planè exiſtimo, quæ teſte Dionyſio Halycar. lib. 10. volebat, *ἵνα ταῖς ἀρχαῖς πάσαις ἐξ ἡ τῶν ἀκοσμήτων εἰς τὴν ἐαλωτῶν ἐξουσίαν τιμιῶν. τέως γὰρ.* Addit Halicar. *ἔχ' ἅπασιν ἐξῆν, ἀλλὰ τοῖς ἀπᾶτοις μόνον.* Veriſimilius igitur Ulpianum demonſtraſſe

monstrasse non vni tantum magistratui vt olim consul iurisdictionem suam defendere licere, sed omnibus qui potestatem habent, non autem ostendisse omnibus magistratibus licere defendere suam iurisdictionem excepto vno, vt videatur hoc in loco legendum aut non tantum consulibus, aut quod magis probabile est tantum duumuiris, qui 9. quidam municipales consules erant, vt duumuiros loco consulum posuerit Vlpianus, quoniam eorum locum quodammodo tenent in municipijs. Certè alterutra lectio vera est.

LABEONIS SENTENTIAS QUAM-

uis veras sæpenumero non recipi, quod à veterum

ICTorum autoritate recedant. Explicata l.

sæpe 53. D. de verb. signifi. & l.

i. D. de dolo malo.

CAP. XXI.

DE Labeone scribit Pomponius, eum ingenij qualitate & doctrinæ fiducia, quippe qui non solum iuris scientia, sed alijs quoq; artibus instructus esset, vt & de Tuberone est apud Gellium lib. 1. cap. 22. veterum plurima placita innouasse. Cuius quidem rei non est opus hic proferre exemplum. Illud saltem animaduertendum puto ICTos alios qui postea secuti sunt à sententiâ eius plerunq; recessisse, quamuis veram eam esse nõ negarēt. Cuius rei est insigne testimonium in l. sæpe 53. D. de verbor. significa. in **explicatione horum verborum Ope consilio.**

69 PET. PERRENO. ANIMA D.

Labeo etenim contra veteres separatim accipienda volebat, cuius sententiam Paulus veteriorem quidem esse non negat, sed non audeat à veterum opinione recedere. Verius est inquit Paulus, quod Labeo scribit disiunctim accipienda esse illa verba Ope Consilio, attamen post veterum autoritatem eò peruentum est, ut nemo Ope videatur fecisse, nisi fraudulentum habuerit consilium nec consilium habuisse noceat, nisi factum secutum fuerit. Eodemque ferè modo Iavolenus de eiusdem Labeonis sententia; Labeonis & officij sententia rationem quidem habet, sed alio iure utimur. l. Stichum 39. §. vlti. D. de statulib. Ex eo quod voluit Labeo ope consilio separatim intelligendum esse sequeretur, alium condictione furtiva teneri, alium non teneri. At ex sententia veterum qui ope & consilio furtum fecit, non condictione furtiva, sed furti actione tenetur l. Neratius 11. §. quamuis D. de seruo corrupt. l. 6. D. de condict. furt. l. qui seruo 36. D. de furt. Atque id antiquis placuisse ipsemet scribit Vlpian. in l. si seruus 27. §. si quis de manu D. ad leg. Atqui l. Hæc est sententia d. l. sæpe, cuius hæc verba: Sic enim alij condici potest alij non potest, non possis aliter conciliare cum d. l. 6. de condict. furt. Idem factum esse in definitione doli planè existimo. Nã quamuis Labeonis sententiam probet Vlpian. in l. r. D. de dolo, dolum malum definiens omnem calliditatem fallaciam, machinationem ad circumueniendum fallendum decipiendum alterutrum adhibitam, tamen eundem Seruij definitione-

finio.

finitionem quam notarat ac reprehenderat
 Labeo in d. l. i. magis probasse propter veterū
 auctoritatem fidem facit l. 7. §. dolus malus. D.
 de pact. Dolus est machinatio quedam alte-
 rius decipiendi causa, cum aliud simulatur &
 aliud agitur, aut vt alij breuius Aqrilius apud
 Ciceron. 3. officior. & in Topec. Paulus lib. i.
 Sentent. tit. 8. Dolus malus est cum aliud agi-
 tur aliud simulatur. Lactan. lib. de Ira Dei cap.
 4. Hic si aliud sensit & aliud locutus est quid
 aliud appellādus est quā deceptor bilinguis
 malus & propterea stultus. Quintil. lib. 12. In-
 stit. cap. 1. Vir autem malus aliud dicat neces-
 se est quā sentiat Homerus Iliad α. ἐχθρὸς μὲν
 γὰρ μοῖ κεῖνος ὁμῶς αἰδᾶο πύλῃσιν, ὅσυχ' ἕτερον μὲν
 κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἀλλὸ δὲ εἶπη. Illum odi tāquam
 infirmum ipsum, qui aliud mente occultat &
 aliud dicit. Et vt ait Sallustius qui aliud clau-
 sum in pectore aliud promptum in lingua ha-
 bet. Verba Homeri videtur imitatus aliquo
 modo Lucianus, καὶ εἴερα, inquit μὲν κεύθει ἐ-
 νὶ φρεσίν, ἀλλὰ δὲ λέγον. Has definitiones notat
 Labeo ex eo quod possit etiam absque simula-
 tione id agi, vt quis circumueniatur, possit &
 sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, vt fa-
 ciunt qui per eiusmodi simulationem sibi su-
 isque rebus consulunt. Quin etiam cum urba-
 nē aliquid agimus aliud simulamus dolo non
 facimus. Cicero 2. de Orat. Urbana etiam dif-
 simulatio est cum aliter sentias ac loquere. In-
 de Nonius callet interpretatus scit callidita-
 te quæ sit urbana scientia, quam Basilius i

Prouerb. vocat καλήν καὶ ἐπαινετήν πανουργίαν.
 Et tali calliditate ας πανουργία pręditus descri-
 bitur in alteri monument. ita. Flectere doctus
 equos nitida certare palestra: Ferre iocos astu
 fallere nosce fidem. Certę in ciuili conuer-
 satione valet quod Publius Minus ait. Homo
 semper in sese aliud fert in alterum aliud co-
 gitat, & Plinius lib. viij. Epist. Decipere pro
 moribus temporum prudentia est. Hęc quan-
 quam ita se habeant & vera omninõ sint, secu-
 ti sunt tamen magis Aquilij & Seruij defini-
 tionem autores nostri: Atque hoc est quod cla-
 mat Cicer. 2. offic. Ex omni vita simulationem
 dissimulationemque tollendam esse. Hęc duo
 exempla quę hic proposuimus satis probant
 Labeonis aliorumque eiusdem sectę sententi-
 as, licet essent quandoque vera repudiatas fu-
 isse, quoniam à veterum sententia non nihil
 discederent. Tanti faciebant veterum autori-
 tatem vt præ hac omnem disputandi subtili-
 tatem contemnerent: id quod & fecisse Cel-
 sum ostendit l. si me & Titium 32. D. de reb. cre-
 dit. Si me & Titium rogaueris mutuam pecu-
 niam, ego debitorem meum iusserim tibi pro-
 mittere, tu stipulatus sis non quasi esset meus
 debitor, sed quod Titij debitorem esse puta-
 res, quæritur an mihi obligatus sis. Non vide-
 tur siquidem nullum ille negocium tecum con-
 traxit, ideo ait Celsus subsisto, sed tamen in-
 quit Celsus, potius est vt obligari te existimę
 propter veterum opinionem existimantium
 id quod ex iniusta causa apud aliquem sit ab
 eo condici posse l. 6. D. de condit. ob turp. cau-
 sam

fam l. senatus 35. S. ea dubitarunt D. de mort.
causa donat. l. in summa 65. D. de condict. inde-
bil. l. 6. l. in rerum 30. D. rerum amot.

EXPLICATIO L. VLTIM. D. DE
seruis exportand.

C A P. XXII.



Ellem equidem mihi tam facile
esset veram huius legis promere
interpretationem quam possum
leui negotio aliorum de hac le-
ge refutare sententias & explica-
tiones. Dicere non aui si me ve-
ram fallaturum interpretationem, tamen expe-
riar ecquid afferre, si non verum at saltem pro-
ximum vero possim. Qui hac lege venditur vt
post tempus manumittatur, si ab emtore non
manumittitur ipso iure liber fit ex Constitu-
tione D. Marci. l. Atlianus 10. l. causam 20. in
princ. D. de manumis. quoniam proprio iure
ad libertatem peruenit l. si seruo 84. D. de he-
red. instit. adeo vt etiam si longè post præscri-
ptum venditionis tempus manumittatur, ni-
hilominus statim post id tempus liber factus
esse videatur l. 3. & 4. C. si mancip. fuer. alien.
vt manumitt. His tamen opponitur l. vltim. D.
de seruis exportan. quæ ait seruo vendito hac
lege vt post mortem emtoris in libertate mo-
raretur, post mortem emtoris cum seruum iu-
re ipso liberum non esse, nisi manumissus sit.
Qui aiunt hanc legem ita accipiendam esse vt
Scauola illius autor neget ex conuentione di-
recto competere, non neget quin ex constitu-

tione D. Marci competat etiam absque manu-
 missione, ab alijs sunt repræhensi. At qui hoc
 refellunt ipsi magis refutatione digni viden-
 tur. Nam quod tribus diuersis in locis scribunt
 distinguendum esse inter Digestorum & Quæ-
 stionum Scæuolæ libris, vt Quæstionum libri
 editi fuerint post Constitutionē D. Marci iam
 promulgatam Digestorum verò ante eam Cō-
 stitutionem dici non potest quàm in eo er-
 rent. Primùm enim constat mihi Scæuolam
 scripsisse Digestorum libros non solum viuen-
 te Marco Imp. sed etiam mortuo. Constat id
 ex l. Pamphilo. 39. §. 1. D. de leg. 3. vbi Scæuola
 in libris Digestorum Marcum Diuum nomi-
 nat, ex quo apparet Imp. Marcum iã mortuum
 fuisse, quia nisi post mortē Diuos vocare mos
 erat. Deinde Digestorum libri ferè fuerunt ab
 illius seculi scriptoribus postremò scripti,
 cum illi nihil aliud sint quàm librorum om-
 nium quos scripserant in vnum quasi corpus
 redactio, tam quæstionum quàm aliorum. Fuit
 enim in more positum illo tempore vt qui va-
 riarum inscriptionum & tractatum libros
 scripsissent, tandem eos in certum corpus re-
 digerent, quod Digestorum nomine appella-
 bant. Vnde in l. quoties 9. §. 1. C. de hered. insti.
 Celsus lib. 12. quæstionum Digestorum vnde-
 cimo, quia nimirum iam Celsus suos libros in
 Digestorum volumen redegeret. Et apud Gel-
 lium lib. 6. cap. 5. In libro Alfeni Digestorum
 trigesimo & quarto, Coniectaneorum autem
 cūdo. De libris Scæuolæ id probat l. Aurelius
 28. §. vltim. D. de liberal. legat. in qua ex libris
 Digestorū eadē verba referuntur, quæ fuerāt iã

libris Responsorum relata l. Lucius §. Semproniar. D. de leg. 3. Idem iudicium est de l. negociorum 24. D. de appellat. quæ est ex libris Responsorum, & l. negociorum 64. D. de re iudicat. quæ cum sit ex Digestorum libris, eadem sunt in ea verba quæ in d. l. 24. Idem etiam de l. liberto. 21. §. à liberto D. de annui legat. & l. maritum 25. §. vlti. D. ad legem Falcid. Hinc est quod sæpe in ipsis Digestorum libris, quæ sit quæ situm est, respondeo, respondit scriptum inuenitur. Postremò Scauola certè non videtur Constitutionem D. Marci ignorasse in d. l. vltim. dum proponit, seruus ea lege venditus vt post emtoris mortem in libertate sit vtrum ipso iure liber fiat an manumissione demum. Nam si tempore quo Scauola hæc scribebat nondum promulgata erat Constitutio D. Marci quid Scauolæ mentem & sensum eius Constitutionis proposuisset? quid nõ simpliciter potius dixisset talem seruum non fieri liberum manumissus non fuisset, non autem quæsiuisset an etiam ipso iure liber fieret? An nõ ex iure incognito proponere quæstionem absurdum fuisset Scauolæ? Vides igitur ex his quæ dicta sunt veram non esse superiorum sententiam, quare afferam aliam. Seruus hac lege venditus vt post certum tempus manumittatur ipso iure fit liber volente nolente emtore, volente non autem repugnante venditore l. penul. D. qui sine manumiss. l. verum n. §. item quæri D. de minorib. l. i. l. vltim. C. Si mancip. fuerit alien. vt manum. quia quamuis seruus hac lege venditus interim sit in bonis ac do-

48 PET. PERRENO. ANIMAD.
minio emtoris l. Paulus 38. §. quaesitum. D. de
libert. caus. d. l. i. Si mancip. fuer. alien. nisi in
specie l. quod autem. 7. §. vxori. D. de donat. in-
ter vir. & vxor. tamen quia venditor legem li-
bertatis imposuit, potest libertatem dare aut
non dare si velit. Itaque dicere non omnino
absurdè quis posset quaesitum fuisse in d. l. ult.
an seruus venditus hac lege vt post mortem em-
toris liber esset, post mortem emtoris liber fi-
at ipso iure respectu venditoris: quod negat
Scauola. Sed hæc quæ sequitur sententia for-
tassis probabilior videbitur. Non dictum fu-
isse scilicet in pacto conuentionis vt seruus
post mortem emtoris liber esset, sed vt in li-
bertate moraretur, quæ longe differre osten-
dit Quintil. Declamat. 340. & 342. quemadmo-
dum differunt seruum esse & in seruitute l. si
postulauerit 37. §. de eo D. ad leg. Iul. de adult.
§. vltim. Instit. de ingenuis, aut seruum esse &
seruire l. is qui vsu f. 18. D. de noxalib. action.
l. vxori 24. in fi. D. de vsu. leg. & apud eundem
Quintilian. lib. 5. Instit. cap. 10. & lib. 7. cap. 4.
Quod cū ita sit apparet eum qui ita loquitur,
Seruus in libertate moretur, non velle vt li-
ber fiat tanquam si manumissus fuisset, ideoq;
libertas plena non competit nisi accedat etiã
manumissio. Oportet enim manumissio acce-
dat vt iusta ac perfecta libertas competat, vt
ait seruus apud Comicum Meliore opus est
auspicio liber perpetuo vt siem. Rectè vero
Claudius Triphoninus addit ad Scauolam D.
Marcum constituisse seruos non manumissos
ipso iure fore liberos ex lege dicta libertatis
in ven-

in vendendo, rectè inquam addit verbum libertatis, vt indicet toties ipso iure competere libertatem quoties additur lex talis est vt qui seruus est liber fiat.

VETVS LEX: VT LICEAT ALTE-

rius etiam ignorantis & inuicti conditionem

meliorem facere. Et de forma man-

dati seruanda.

C A P. XXIII.

Naturalis simul, inquit Gaius, & ciu-
lis ratio suafit, alterius cōditionem
meliorem etiam ignorantis & inui-
ti nos facere posse, deteriore non
posse l. soluendo 39. D. de neg. gest. Cū ete-
nim natura cognationem quādam inter nos
constituerit l. 3. D. de iustic. & iure naturalis
ratio suadet vt homini coniuncto & necessa-
rio nostro benefacere nostra multum interfit,
vt dicitur. Et quamuis beneficij nomine care-
re videatur, quod nolenti & inuito datur l. in-
uito D. de reg. Iur. naturalis tamen & insita o-
mni homini benefaciendi propensa voluntas
facit vt non modò beneficium accepisse intel-
ligatur qui inuitus accepit, sed etiam duplici
beneficio affectus existimetur, vt eleganter ait
Leo Nouel. 102. Hanc naturalem æquitatem &
hoc ius nobis insitum secuta est ciuilis pru-
dentia, quæ in plerisque omnibus naturæ ve-
stigijs insistit §. venditæ. Inst. de rerum diuis.
Cicero 3. Officior. Hæc vetus est iuris ciuilis
constitutio, hæc vetus lex scripta, de qua Age-
filus

silaus apud Xenoph. libro 5. de reb. Græc.
 ὁ μὲν δὲ Ἀγесίλαος ἔλεγεν, ὅτι, εἰ μὲν βλαβερὰ τῆ λα-
 κιδέμονι πεπρακὸς εἴη, δίκαιος εἴη ζημιῶσαι, εἰ δ' ἄ-
 γαθα, ἀρχαῖον εἶναι νόμομον εἶναι τὰ τοιαῦτα
 ἀύλοσχεδιάζειν. Succēsebant populus & Ephori
 Phēbidæ quod sibi mandata imperataque non
 fecisset, fecisset autem ea quæ imperata non es-
 sent, quem Agesilaus hac ratione defendit, ut
 meritò quidem puniri illum posse diceret, si
 rem malè gessisset, minimè verò possit puniri
 cùm rem benè feliciterque administrarit: Esse
 enim legem eamque veterem, quæ permittat
 aliena bene administrare nostro arbitrio nul-
 liusque adducti autoritate & imperio. In quo
 certè si iudicanda res & æstimanda ex iure no-
 stro esset Phæbidas culpa non vacaret. Nam
 cum iure nostro forma mandati seruanda sit,
 nec is cui mandatum est aliud facere possit
 quam quod mandatum est l. 3. l. 4. l. 5. D. Mandati
 l. si itaque 19. D. de Iureiurand. tenetur qui
 mādatur egreditur licet mādantis meliorem
 conditionem fecerit l. si quis pro eo 46. D. Mā-
 dati l. maritus 21. C. de procura. ex quibus dua-
 bus legibus constat non licere à mandato re-
 cedere quando certa definita & præscripta est
 mandati forma ac modus. Quare hoc in casu
 quando certum est mandatum, illustre cum
 iudicium tum factum D. Crassi Muciani I Cti
 quod refert Gellius lib. 1. cap. 13. sequi consul-
 tum planè existimarem.

CAP. XXIII.

Quidam alijque πολλοὶ καὶ γαθοὶ de definitione Jurisprudentiæ attulerint obscurum est minimè. Ego quidem eorum vsque sententiam probavi & secutus sum donec mihi ipse aliam meliorem & probabiliorem dicam inuenerim. Sanè nō sum vsque ad εὐλαβίαν, nec hoc meo minus quàm mediocri ingenio tribuo vt audeam dicere sententiam meam illorum sententia veriorem esse. Nihil tamen vetat quo minus ego quoque de hac definitione multum ac sæpe inter nostros vexata aliquid liberè proferam in medium paratus semper mutare sententiam quoties melior offeretur. Hæc igitur verba in definitione Jurisprudentiæ, diuinarum rerum subobscura sunt. Ea ego sic accipi commodè posse arbitror, si referantur ad illa quæ sunt iuris naturalis, vt definitio tantundem valeat ac si ita concepta fuisset: Jurisprudentia est naturalium & humanarum rerum scientia, vel Iuris naturalis & humani scientia. Quod vt intelligatur sciendum est veteres quod fit naturaliter aut naturali iure opposuisse ei quod fit humanè aut humano iure. Liuius lib. 5. Nobis cum Phaliscis quæ pacto fit humano societas non est quam ingenerauit natura, vtrique est eritque. Sallust. Fit reus magis ex æquo & bono quàm ex iure gentium, hic enim æquum & bonum significat quod semper est naturale vt

l. penult. in princ. D. de iustic. & iure. Deinde sciendum est ius naturale Ictos diuinum reputasse et existimasse nullius naturale esse quod non idem diuini iuris communionem haberet, vel ipsum ius diuinum esset, imitatione fortasse Stoicorum quibus idem Deus fuit & natura. Hermes Trismeg. ἐν τῷ θεῷ καὶ ἡ φύσις συγκαθέρχεται. Hinc Iustinianus iura patris naturalis nexu diuino copulata esse dixit l. penult. §. i. C. de adopt. & ius naturale diuina providentia esse introductum §. vltim. Instit. de iure natural. gent. & ciuili: & qui quid facit aliquid contra ius naturale rem minus religiosam facere dicitur l. 4. C. de nupt. & affectio naturalis sanctissima dicitur l. 17. §. i. D. de adopt. vt & Calphurnius Flaccus ait adoptionem sanctam rem esse quod beneficia naturæ ac iuris imitetur, & Imp. quem iuris & æquitatis naturalis maximè rationem habere decet l. i. C. de leg. iuris religiosus dicitur l. vnum ex familia 64. §. vltim. D. de leg. i. in præmio Instit. in princ. Quapropter iurisprudentiam definiendo diuinarum & humanarum rerum scientiam intelligis naturalium & humanarum rerum scientiam. Sic quod ius definitur ars boni & equi idem est ac si definiretur ars iuris naturalis. Nam bonum & æquum vt supra diximus ius naturale etiam dicitur, aut potius naturalis æquitas. Cui iuris definitioni maximè affinis est hæc legis definitio apud Ciceronem: Lex est iustorum iniustorumque distinctio ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa

expressa naturam. Quod verò quidam illa verba diuinarum rerum ad ius publicum referunt, quod illud in sacris & sacerdotibus consistat, de hac opinione nihil dicam aliud quam quod accipiunt angustius ius publicum pro eo iure scilicet quod tantum in sacris & sacerdotibus consistat. In quo peccant, ut apparet. Itaque ostendant oportet diuinum dici tam de magistratibus quam de sacris & sacerdotibus, aut fateantur se facere definitionem Iurisprudentiæ nimis angustam, cum sub ea comprehendant tantum ius priuatum & vnam iuris publici partem. Deinde nusquam humanæ res simpliciter accipiuntur pro rebus priuatis, ut illi accipiunt. Quamobrem nisi probatur sententia quam supra attulimus, aliam proferre possumus: ut sub humanis rebus ius tam publicum quam priuatum profanum contineatur, sub diuinis ius sacrum, ut Iurisprudentia intelligatur esse iuris humani, id est publici ac priuati & diuini scientia: idque confirmatur ex eo quod est apud Horatium de arte poetica.

Fuit hæc Sapientia quondam

Publica priuatis secernere sacra profanis.

Nec obstat quod distinguimus ius sacrum aut diuinum à iure publico, quia etiam si ius publicum in sacris & sacerdotibus consistere dicatur, fit nonnunquam tamen ut vnum ab altero separetur l. 19. C. de sacros. Eccles. Gaius lib. 2. Instit. tit. 1. Aufon. Edyl. 15. & quia ius generaliter diuidi potest in humanum & diuinum quemadmodum res diuiduntur generaliter in diuinas & humanas, & sub diuinis
sacræ

80 PET. PERREN. ANIMAD.
sacra & religiosa comprehenduntur l. i. D. de
rerum diuis. l. i. D. de interd. Quandoque igitur
ius diuidebantur (idem de rebus iudicium
est) in publicum & priuatum & sub publico
diuinum continebatur non tamen solum di-
uinum, quandoque etiam in publicum diui-
num & priuatum, quandoque denique in di-
uinum & humanum, & sub humano publicum
& priuatum comprehendebatur. Igitur ut
paucis agam, in definitione iurisprudentiæ re-
bus humanis tam priuata quam publica con-
tinentur, & per res diuinæ res sacra & religio-
sæ etiam significantur: ut iurisprudentiam nõ
omnino absurdè sic definire possis: iurispru-
dentia est scientia diuinarum publicarum &
priuatorum rerum, aut iuris diuini publici &
priuati. Hæc sententia alijs fortasse verior vi-
debitur: mihi tamen nescio quo pacto prior
magis arridet. Atque eodem planè modo acci-
pio quod nuptiæ diuini ac humani iuris com-
municatio dicuntur l. i. D. de titu nupt. ut per
ius diuinum ius naturale significetur, cuius iu-
ris est coniunctio maris & feminae, per huma-
num ius gentium. Et hoc est quod ab Vlpiano
& Iustinian. dicitur iuris naturalis esse coniun-
ctio maris & feminae, quam nos homines ma-
trimonium appellamus. Hic enim duo genera
notantur naturale & gentium: Coniunctio
maris & feminae iuris naturalis est, matrimo-
nium iuris gentium. Itaque quoniam matrimo-
nium origine sua consideratum nihil ferè
est quàm coniunctio maris & feminae, rectè
matrimonium dicitur communicatio iuris na-
turalis

turalis. Dicitur matrimonium etiam iuris humani communicatio, quia bona aliaque communicantur. Imp. Gordianus in l. 4. C. de crimin. expil. heredit. rectè hoc videtur expressisse, dum uxorem in humanæ sociam atque diuinæ domus suscipi ait. domus enim vocabulum planè est naturale, id quod eleganter & pluribus explicat Cicero 1. offi. l. pronuntiatio 195. §. iure proprio D. de verbor. significat. Sciendum verò est illam naturalem seu diuinam communicationem designatam fuisse per aquam & ignem, quibus recipiebantur uxores in domum l. penult. D. de donat. inter vir. & vxor. Nam aqua & ignis naturales sunt ἀρχαὶ & σοιχοῖα, ut ea appellat Luc. in quodam versu, quibus hominis vita sustentatur ac natura propagatur. Idque explicat Seruius lib. 4. Aeneid. his verbis, quæ conuentio (in manum) eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis natura coniuncta habeatur. Significabant igitur veteres per aquæ & ignis communicationem, societatem vitæ quæ inter coniuges est & esse debet l. 1. D. de rerum amot. l. si rerum 52. D. de re iudic.

DIGNITATVM CAVSÆ ET GRADVS. *Frequentes qui. Leuiter emendata L. speciosas 101. D. de verbor. signif. C. l. 1. C. de senten. pass. Nobilissimi Consulares &c.*

C A P. XXV.

A Butar hoc loco dignitatis voce, & dignitatem

PET. PERRENON. ANIMAD. 82
tatem vocabo omnē honorem, ordinem, magi-
stratum, potestatem & meritum: quamuis ab his
dignitas multum differat, vt postea dicam.
Omnis igitur dignitas vel loci est, vel ordi-
nis, seu familiae, vel meriti, quod specialiter
dignitas vocatur. Vnde in L. 1. C. Th. ad leg.
Iul. de ambit. & L. 4. C. Th. de accus. cuius-
cunque loci, ordinis, dignitatis, & in L. 1. C.
Th. de stud. liber. vrb. Rom. oppida homi-
num & natales & merita, apud Aufon. in
Grammat. Latin. Burd. Qui quamuis humili
stirpe loco ac merito, apud Sidon. Epist. 6.
lib. 8. Ortu clarissimus, priuilegio spectabi-
lis, merito illustris, apud eundem Sidon. Epist.
6. lib. 7. tu sacratissimorum pontificum
Leontij: fausti Graeci, vrbe ordine charitate
medius inueneris: apud Gellium lib. 12. cap. 8.
Nobili genere amplissimis honorib. & sum-
mo loco in ciuitate praeditus, in L. 6. §. 1. D.
de muner. & honor. Conuenienter magistra-
tui fortunae suae & splendori publico, in L. 4.
C. Th. de agent. in reb. vnde domo quam offi-
ciorum originem & sortem fateatur. Ex his
omnibus locis apparet tres dignitatis esse cau-
sas, natalium splendorem, loci dignitatem
meriti praestantiam. Itaque quoniam mulieres
ex virorum personis conditionem accipiunt,
omnium horum participes fiunt per matri-
monium si clarissimis nupserint: honore ete-
nim tunc maritorum eriguntur, genere no-
bilitantur, domicilia consequuntur, vt est in L.
mulieres. 13. C. de dignitat. Illud hic annotare
non alienum erit omnia haec, honorem di-
gnita-

gnitatem ordinem & magistratum vt de ceteris taceam, aliquando quasi diuersa separari. Nam dignitas & magistratus L. qui furere 20. D. de statu homin. L. penul. C. de appellat. distinguuntur: honor & meritum apud Symma. Epist. 21. lib. 10. honor & ordo l. 1. C. de sentent. pas. natalis & honor l. 3. C. de commer. & mercat. priuilegium & dignitas l. originarios 11. C. de agricol. Dignitas locus & ordo l. 1. C. Th. ad leg. Iul. de ambit. Quæ omnia vt confundantur sapius, sicut tamen distingui possunt vt honor & dignitas sint tam loci quàm meriti: aut certè dignitas quæ à magistratu & potestate quæ actus exercetur, separatur L. 3. §. vlti. D. de recept. arbit. ordo familia tantum, priuilegium loci. Meriti verbo improprie, vt puto, vsus est, Claudian. in 2. Paneg. in laudes Stiticon. vbi ait, lectos ex omnibus oris Euehis & nunquam meriti cunabula quæris. Præter eundem videtur minimè loci dignitatem in confesso senatus & ferendis sententijs longè cæteris præstitisse. Et ideo præfectus vrbi cæteris omnibus præfertur in dicenda sententia L. 3. C. de officio præfect. vrb. Nouell. 62. qui ideo ex Symma. Epist. 34. lib. 10. appellari potest summi loci iudex. Præfecti quidem prætorio etiam ob loci dignitatem summam rerum habere dicuntur L. qui libet. 40. C. de decurion. sed prætorij dignitas non est tanta quanta vrbis, cuius amplius est & speciosius nomen. Igitur præfectus vrbi non pro dignitate sua seu familia, nec pro merito suo primum in senatu locum obtinet, sed pro loci

84 PET. PERRENON. ANIMAD.

dignitate & excellentia. Et hoc est quod laudat in Theodosio & Arcadio Impp. Symmach Epist. 21. lib. 10. cum inquit Eiusdem præterea rationis salubritate vetus dicendorum sententiarum forma reparata est: ne summum cuiq; decernendi locum non ratio munerum sed honorum fortuna præstaret. Hæc ascribere placuit quæ ad alia viam præmunirent. De dignitatum gradibus dicam si prius illud addidero, quod dignum relatu existimo, frequentes, qui & assidui ac quotidiani dici possunt, dictos etiam fuisse in commemoratione dignitatum qui alicuius aut loci aut ordinis, aut meriti fuerint, cuius non satis liquet, Auson. Epist. 15. At nunc frequentes atque claros, nec procul quin floreas inter viros Sidonius in Paneg. Antemij. Quid res est semper ab auo Rara frequens consul. Plinius Epist. 7. lib. 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potentia sine inuidia. Salutabatur, colebatur, multumque in lectulo iacens, cubiculo semper non ex fortuna frequenti. Significat & frequentem Sidonius Epist. 6. lib. 1. Senatorij seminis homo, qui quotidie trabeatis proauorum imaginibus: & Cicero in Pisonem. Num etiam in hac quotidiana assidua urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, &c. Huc pertinent & XII. Tabul. verba. Assiduo vindex assiduus esto, Proletario cui quisquis volet vindex esto. Certè quantum coniectura assequi possum ex alio Sidonij loco, frequentem dici ex ordinis seu familiarum dignitate existimo. Eius hæc sunt verba.

Quic-

*Quicquid agis quocunq; loci semper mihi fastus
Semper honoratus semper quoq; maximus esto*

Hic namq; illa tria de quibus supra dictum est, locum ordinem, meritum poni non dubito. Illis verbis quicquid agis ponitur meritum, istis, quocunq; loci, locus, hoc semper, familia seu ordo. De dignitatum igitur gradibus videamus, quorum sunt tres (de dignitatibus senatorijs loquor). Nam senatores alij sunt clarissimi, alij spectabilis, alij illustres. Quod senatores sint etiam illustres probant L. vltim. C. de nupt. L. 2. C. de tutor. illust. L. 3. §. vltim. C. de silent. Quod si illustres sunt multo magis spectabiles esse possunt, cum maior sit illustris quam spectabilis dignitas, vt postea diceretur. Et quanquam senatores plerunq; clarissimis appellantur L. curator. 5. D. de curat. furios. 1. 2. C. de his qui veniam ætat. L. senator. 11. C. de dignit. Lamprius in Alexand. & in Heliogabalo, tamen plus quam clarissimo, sæpe fuisse ostendit d. L. 11. C. de dignit. vbi, a senatore vel solo clarissimo, & L. feminae 8. D. de senat. senatori vel clarissimo. Nam quoniam omnes clarissimi sunt qui senatorijs vtuntur ornamentis quamuis senatores non sint L. 4. C. de milit. testam. L. speciosas 100. D. de verb. signif. (in qua, vt hoc obiter annotem, agnosco idem vitium quod in plerisq; legibus animaduertit Cuiacius vt pro item legatur id est. Nam nullus non est clarissimus qui vtitur ornamentis senatorijs, quamuis senator non sit, ideoque clarissimus & is qui vtitur ornamentis na-

torijs non sunt separandi tanquam diuersi
 eum nemo possit vti senatorijs ornamentis
 quin idem clarissimus & sit & habeatur) ideo-
 que senatores amplioribus dignitatibus ho-
 norabantur quàm est illa clarissimatus digni-
 tas. Est itaque triplex senatoria dignitas, cla-
 rissima, spectabilis & illustris: hoc enim or-
 dine sunt hætres collocandæ dignitates, ve
 apparet ex loco Sidonij què supra citauimus.
 Ortu clarissimus priuilegio spectabilis me-
 rito illustris. Et cum minor sit clarissimatus
 dignitas, (vnde clarissimus reuerentiam de-
 bet spectabili. L. peculiari. 16. C. Th. de pro-
 xim. comit. disput.) merito Iustinian. specta-
 bilem dignitatem mediam facit L. vnic. C. de
 ratioci. oper. publi. Nouell. 23. in qua supe-
 rior dignitatis diuisio reperitur. In ea enim
 iudices diuiduntur in maiores medios & mini-
 mos & perillustres spectabiles & clarissimos
 definuntur. Eadè quoq; diuisio est in L. omnis
 C. Th. De ijs què administ. vel offic. publi. ger.
 ibi altior iudex, mediæ dignitatis, minimus.
 Vbi verò duo tantum gradus ponuntur, vt in
 L. penul. D. ad leg. Cornel. de sica. in hono-
 re positus, & qui secundi gradus est, & in L. 4.
 §. penul. cod. altior & qui honestiore loco
 positus, & in l. r. C. de sent. pass. vtriusq; ordi-
 nis viri. Idem colligitur ex l. 4. 6. & 8. D. de se-
 nat. l. mulieres 13. C. de dignit. sciendum est
 secundum gradum non intelligendum eum
 qui sit senatorij ordinis secundus i. specta-
 bilis, sed secundum à senatorio ordine, quod
 probat eleganter L. cum te nõ ex senatore 10.

C. de

C. de nupt. Itaque deleta particula Et in d. l. 1. De. sentent. pas. ita legendum planè existimo. Cum salutatus esset à Gentiano & Aduento & opilio Macrino, præfectis prætorio clarissimis, item amicis & principalibus officiorum vtriusq; ordinis viris, vbi vtriusque ordinis est tam clarissimi quam non clarissimi ordinis. Hæc autem differentia confirmatur L. σπαδόντα 15. §. 1. D. de excusat. vbi gradus superior senatorum confertur cum alijs senatorijs gradibus inferioribus, & inferior cum superioribus; non superiorum inferiore, vel contrà inferior eum superiore; & rursus senator generaliter ibidem confertur cum alio solo ἀχλως ἀξιωματικῶ Nobilissimatus dignitas, de qua dicendum restat, non loci nec meriti sed familiæ seu natalium, & ordinis erat l. 3. C. de commerc. & merca. L. mulieres 13. C. de dignit. Apuleius lib. 1. Florid. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatorib. pauci nobiles genere, & ex consularib. pauci boni. Zosimus lib. 2. τῆς τῶ λεγομένης νιοβελισσίδος παπ' αὐτῶ κωνσταντίνου τυχόντες ἀξιάς, αἰδοῖ σογγεντάς. Prudent, in Peristeph. Absit vt me nobile sanguis parentū præstet. Quod cōsulares maioris dignitatis facere videtur Apuleius loco supra ante citato prætermittendū non est. Nam quamuis clarissimi tantū esse videantur L. 1. C. de dignit. l. 2. C. de domest. L. 1. C. de præposit. labor. tamen maiores præfectorijs eos esse ostendit L.

88 PET. PERREN. ANIMAD.

1. D. de senat qui praefectorij utique clarissimi sunt. L. 1. C. de sentent. pass. L. 1. C. de dignitat. Lampridius in Alexand. Consulares etiam super illustrib. annumerantur L. penul. C. de appell. Distinguendi sunt igitur consulares ut alij primi sint alij secundi & secundi definiantur qui cum senatorum ornamenta sunt consecuti clarissimi fiunt, secundum L. speciosas 110. D. & verb. signif. Hinc apud Herodian. in Seuero, ἡμοίεσο γὰρ ἴντε πλατύσημον ἰδίητα ἔντε τοῖς δεύτεροις ὑπατευσασιν ἔτοτα τῆ. Latum clauum perpetuo habebat & in secundis consularibus numerabatur. Sed haec super fatisque.

QUOMODO LEGATVS PROCONSULIS mandata iurisdictione proprium quid habeat.

C A P. XXVI.



Vi mandatam iurisdictionem suscepit proprium nihil habet, sed eius qui mandat iurisdictione utitur L. 1. §. qui mandatā. D. de offi. eius cui mand. est iuris. l. solet praetor. 16. D. de Iurisd. Quid est igitur quod dicitur in L. Legati 13. D. de offi. procons. proconsulis legatos nihil habere proprium nisi eis à proconsule mandata sit iurisdictione: ex quo apparet eos mandata iurisdictione aliquid proprium habere. Sic existimo, legatum proconsulis propriam habere iurisdictionem cum ei à proconsule statim postquam

postquam prouinciam ingressus est mandatur iurisdictione, quod omnino fieri debet L. 4. §. posthac D. de offic. proconsul. Sunt etenim quædam quæ legato specialiter data ac concessa sunt, quæq; post mandatam à proconsule iurisdictionem statim iure suo quodammodo habere incipit: ut est tutoris datio quæ specialiter oratione diui Marci legato concessa est. L. 1. D. de tutor. & curat. dat. item cognitio de suspectis tutoribus quam Impp. Seuerus & Antoninus specialiter legato concesserunt l. 4. D. de offic. eius cui mand. est iuris. L. 1. D. de suspect. tutor. Hinc est, credo, cur Tribonianus ante & post d. L. 13. addiderit duos illos casus qui pertinent ad explicationem illius L. 13. Legatus mandata sibi iurisdictione ius habet dandi iudicem, quare? quia post mandatam iurisdictionem proprium quid habet, cum mandata iurisd. ad eum transeat totum officium iurisdicendi L. 1. §. damus D. de suspect. tut. Item potest tutores dare quia hoc ei specialiter & constitutione datum est. Nec obstat L. 1. §. qui mandatam. D. de offic. eius cui mādat est iurisd. in qua Papianus differit eum cui mandata est iurisd. nihil habere proprium quod merum imperium lege datū nō possit transferri, & ideo legatum proconsulis mādata sibi iurisdictione nō habere animaduersionē (id est ius ac imperiū irrogandi vltimū supplicium l. si quid erit ii. D. de offic. procons. l. ii. §. vltim. & l. seq. D. de pœnis) non obstat hoc inquam, quia potestas illa animaduertenti legato nō est cōcessa vlla lege aut spe-

90 PET. PERREN. ANIMAD.

ciali cōstitutione, ideoq; per vniuersalē iurisdictionē nō potest transferri in legatum, quæ vniuersalis iurisdictione omnino mandanda est legato statim post ingressum prouinciæ: nec obstat quod dicitur in L. solent etiam. 6. §. i. D. de offic. procons. mandate iurisdictionem legato vel non mandare esse in arbitrio proconsulis vt & adimere mandatam, quia de iurisdictione illud intelligendum est quæ non est specialiter & lege demādata legato, sed quam proconsul ad suum arbitrium permittit legato. Cum igitur aliquid proprium habeat legatus & non habeat, sed diuersa ratione ab eo appellari potest proconsul vt si mulctam dixerit: quæ species ponitur exempli causa in L. 2. D. Quis & à quo appel. quoniam quamuis mulctam dicere vere possint soli maiores magistratus L. aliud 131. in fin. D. de verbor. signif. tamen etiam is cui specialiter concessa est, quamuis magistratus maior non sit mulctam dicere potest L. 2. §. vltim. D. de Iudicijs, quod permissum fuisse legato virisimile est: ab eo appellari non potest proconsul exemplo eius qui iurisdictionem alienam exercet l. Impp. 21. D. de appellat. L. 1. §. vltim. D. quis & à quo appell.

CAL.

CALCVLATORES PVERI

& impuberes.

CAP. XXVII.

Calculatores, quos *διαφηφισα*s appella-
 lari ait Modestinus in L. *σπαδόντα*
 15. §. *Μεδε λιβραρίε*s D. de excusat. im-
 puberes prestare ministeria scribit
 Ulpian. in L. vt iusiurandi 7. §. libertus. D. de
 oper. libert. Quod prætermittendum silentio
 non putavi, vt hinc an notarem à pueritia Ro-
 manos calculis operam dedisse, & assem in va-
 rias partes diducere didicisse. Iulius Capito-
 lin. in Pertin. Puer literis elementarijs & cal-
 culo imbutus. Horat. de arte poëtic.

Romani pueri longis rationibus assem.

Discunt in partem centum deducere &c.

Huc pertinet Ciceron. locus 2. de legib. qui
 malè vulgò accipitur de duodecim tabulis le-
 gum, cum vt postea ex eiusdem Ciceronis alio
 loco probabo de duodecim vncijs quæ assem
 conficiunt intelligendus sit. Discebamus, in-
 quit Cicero, pueri duodecim vt carmen ne-
 cessarium, quas iam nemo discit. Duodecim
 intellige vncias, vt in hoc eiusdem loco in
 Hortensio, quod citat Nonius in scripta. Itaq;
 tibi concedo, inquit, quod in duodecim scri-
 ptis solemus, vt calculū reduces, si te alicuius
 dati pœnitet, vt autem illum locum male in-
 terpretatur de 12. Tabulis, ita multos alios
 qui Ciceronis ipsius sunt pro 12. Tabulis ci-
 tant. Cuius rei probandæ ac confirmandæ cau-
 sa cum multa offerri possent exempla, vnum
 tamen

92 PET. PERREN. ANIMAD.
tamen sufficere arbitratus sum, ex quo quid de
multis alijs indicandū perspicuū erit Nā plu-
rimi hęc Pietatē adhibento, opes amonento,
qui secus faxit Deus ipse vindex erit, adeò sibi
persuaserunt esse ex 12. Tabulis vt ab his potis-
simum initium recensendi ordine XII. Tabu-
las faciant, quę tamen ipsius Ciceronis, & ab
ipso Cicerone suo Marte conficta. Lactantius
lib. 5. cap. 20. Cicerone in suis legibus cum ca-
stè ad sacrificia præciperet accedere Pietatem,
inquit adhibento &c.

DE ARCHIATRIS QVI IMPERA-
tores dicuntur & imperare egrotis, & de ijs enu-
cleatus Seneca locus lib. 6. de benefie. item
de ijsdem elucidata & explica-
ta L. medicus D. de
oper. libert.

C A P. XXVIII.

SVnt medici emeriti qui solis præce-
ptis solent curationē egrotorū im-
perare, qui à Symmach. lib. 3. Epist.
34. dicuntur summates inter meden-
di professores, & lib. 10. Ep. 40. summates
professionis medicę. Hi inter cętera de pro-
bitate morum & peritia nouorum medico-
rum æstimare solent. I. D. de decret. ab ordin.
faciend. Symma. dicta Epist. 40. Qua lege cau-
tum est vt primi artis eiusdem de nouorum
scientia iudicarent, & paulo post. Sed quia
lege & more cogentibus summates eiusdem
professionis par fuit in examē acciri adhibi-
tum est collegium omne medicorum. Hi
etiam

etiam solis præceptis facienda vitandæue tam
 nouis medicis quam ipsis ægrotis imperabāt;
 de quibus hæc idem Symmach. Epist. 1. lib. 10.
 Solent inquit, qui medicinam callent cum
 iam fortè vsu in ministerium prouehuntur ac
 fiunt emeriti officij proximis imperare ac fe-
 riata manu curationem curare præceptis: Fe-
 riatam manū dixit Symmach. significās manū
 magistri emeriti officij, vt & eodē sensu Pru-
 dent. in Peristeph. pass. Cassia. vsurpauit, vt li-
 bet illudant lacerent impunè manusq; Tin-
 gāt magistri feriatas sanguine. Imperare dixit
 Symmach. quia medici magistri ægrotis impe-
 rare dicūtur & imperatores, vt & apud Senecā
 sed loco corrupto quem ita restituendū puto,
 vt & restituere eū elegantissimū Muretū po-
 stea vidi. Sic igitur legendus est. Itaq; medici
 qui nihil amplius quàm manū tangit me inter
 eos quos perambulat, ponit sine vllō affectu fa-
 cienda vitandæue præcipiens, nihil amplius
 debeo, quia me non tanquam amicus vidit sed
 tanquam imperator. Cur ita legendum putem
 hæc me mouent, Primum quia ante dixerat de
 medico facienda vitandæue præcipiens, ex
 quo apparet non ægrum imperatorem dici
 debere, sed medicū. Deinde ex illo quod ait si-
 ne affectu illū præcipere, quod respondet ver-
 bo amicus, Amicus non est quia sine vllō af-
 fectu præcipit. Tum verò vt ita credam for-
 tius facit quæ præcedit periodus. Quid ergo?
 Quare medico & præceptori plus quiddam
 debeo, nec aduersus illos mercede defungor,
 quia ex medico ac præceptore in amicum
 transeunt

94 PET. PERREN. ANIMAD.
 transeunt, Itaque medico &c. Sed hac emen-
 datione nihil clarius. Quare ille Senecæ lo-
 cus nihil facit ad id confirmandum quod vo-
 lunt, ægrotos recte imperare ægrotis, neque
 etiam est eius verbi significatio in L. medicus
 26. D. de oper. libertor. Imperantes enim eo
 in loco significantur medici emeriti officij,
 qui præceptis curationem præcipiunt nouis
 medicis, vt libertis in specie huius legis; qui
 etiam medici fuerunt L. Scio amico. 10. in fin.
 D. de ann. legat. l. qui cum. 14. §. si patris D.
 de bonis libert. l. 3. C. commun. de legat. Est
 igitur d. L. 26. sensus, hic nimirum, vt breue
 faciam. Medicus patronus (intelligit autem
 medicum primum ac emeriti officij qualem
 supra definiuimus) medicus igitur patronus
 cum videret si liberti sui medici medicinam
 sibi non facerent alijs archiatis, qui impe-
 rant libertis & alijs nouis medicis, cogi pos-
 se medicinam facere, ad alias operas suis vsus
 est libertis: licet igitur vt opus, id est, medici-
 nam facerent, sed se vt sequerentur ac alijs
 operis vacarent. Quæritur an id possit iure
 patronus facere &c.

OCVLARIVS ΠΕΡΙΟΔΕΥΤΑΙ

medici, & περιόδευται in

Ecclesia.

CAP. XXIX.



Vperius admonet caput de medi-
 cis & alia quædam adiiciamus.
 Medici accipiuntur qui alicuius
 partis vel certi doloris sanita-
 tem

sem pollicetur, ut puta auricularius L. 1. §. medicis D. de extraord. cognit. Vbi malim ocularius, ut in veteri inscriptione. MEDICVS ELIRICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS VIR, & Martial. Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante Fecisti medicus q̄ facis Hoplomachus. Περὶ οδευλαῖ qui dicuntur in L. 6. §. Grammatici D. de excusat. tutor. rectè exponuntur à veteri interprete circuitores, suntq; & ipsi archiatri, de quibus proximo capite actum est, idq; satis ostendit Senecæ locus què protulimus, vbi ait, Et me intèr eos quos perambulat ponit. Ita ut περιουδευλαῖ dicti sūt quod solum agrotos circumeant, non autem vrbes & oppida ut putauit Cuiacius. Sic Gratianus Imp. apud Ausoniū dicitur circumire tētoria & quærere de sanitate cuiusq; militis. Legionibus vniuersis, inquit, ut in communi Marte euenit si quid aduersi acciderat vidi circum ire tentoria, fatin, saluæ quærere, tractare vulnera fauciorum: vbi obiter nota morem de sanitate alicuius: fatin' saluus sit. Sic apud Liuium lib. 1. quærentique viro, fatin' salua, minime inquit, quid enim salui est mulierī amissa pudicitia, ita legendum salua non saluæ ut vulgo. Sallust. in certo libro historiar. Inde ortus sermo per cunctantibus vtrinque Satin' saluæ, quam grati ducibus sunt, familiaribus copijs auferentur. Eadem ratione dicuntur circumire ædes publicas & opera publica inspiciendi gratia proconsules L. 7. D. de offic. procons. Eodem verò sensu dicti sunt

in Ecclesia περιουσια illi qui fidelium curam gerentes quid agendum esset imperabant. Nec enim puto verum, quo pace tanti viri dictum sit, quod scribit Cuiacius eos περιουσιός dictos fuisse ideo quod circumirent vrbes neq; certo loco deputati essent: nec locus Zonaræ quem adfert id nullo modo probat, περιουσιαι inquit, λέγονται διὰ τὸ περιερχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πίσυς. Non enim ait Zonaras τὰς πόλεις sed τοὺς πίσυς. Apuleius li. xi. περιουσιάν intellexit cum dixit, Per dispositas aras circumiens sacerdos rem diuinam procurat.

DVPLEX ESSE PACTVM VNVM

quod legibus, alterum quod sola contrahentium valeat voluntate.

C A P. XXX.

D Actum esse duplex, vnum quod legibus valeat alterum quod sola contrahentium voluntate autor ad Heren. scriptum reliquit lib. 2. Quod placet hoc loco aliquot tā iuris nostri quam aliorum autorum exemplis ac autoritatibus stabilire ac fulcire. Paulus in L. si pater 12. D. de pact. dotal. ex pactis conuentis, inquit quæ ante vel post nuptias interponi solent, alia ad ius pertinēt, veluti quando dos petatur quando reddatur, in quib. nō semper voluntas contrahentium seruatur, alia ad voluntatem, vt mulier dote promissa se alat. Quod ad pactum de dote reddenda attinet hoc idem Paulus declarat

clarat in L. si vnus 27. §. quod si in specie D. de pœnis. Sunt ergo quædam pacta quæ legibus & iure constant, Inde promittendo dicimus aliquando obligari ipso iure l. homo li. 34. D. §. 1. D. de acquiren. rerum domi. & Vlpian. in frag. tit. 24. pactis verbis interpretatur ipse optimo iure Quod autem dicitur in d. L. si vnus 27. pacta ius non habere, id non generaliter est verum, cum Paulus postea pacta quædam proponat quibus ipse ius tribuit, vt illud de quo supra dictum est, & pactum de iniuria facta, quod actiones ipso iure tollit L. si tibi. 17. §. 1. D. eod. quod est ex xii. Tabul. Qui membrum rupit, inquit illa, in eum eo pacit talio esto. Hęc pactorum in legitima, & vt ita dicam conuenta diuisio ex alijs quoq; autoribus probari potest, quibus ego non minus quam nostris hac in parte tribuo. Cice. Epist. ad Q. Fratrem. Possunt in pactationibus faciendis non legem spectare Censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negocij & liberationem molestiæ: vbi Commoditatem conficiendi negocij & liberationem molestiæ dixit Cicero eo ferè sensu quo Imp. in l. donatio 26. C. de donat. ita dixit, hisq; penitus cognitis vel recipiatur si cõplacitè recipiatur si sunt molestæ. Liu. li. 44. Tunc enim repeti reddiq; per cõventionem res: & si quarum turbata bello possio eas aut formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusq; cõmodo (commodum dixit Liuius eodem sensu quo Cicero supra cõmoditatem negocij) componi. Huc pertinet & hoc apud Ciceron. 3. Partit. Scriptorum

G

priua-

priuatum aliud est publicum aliud, publicum
 lex SC. fædus, priuatum, tubulæ, pactum con-
 uentum stipulatio. Quæ autem scripta non
 sunt ea aut consuetudine aut conuentis ho-
 minum aut quasi consensu hominû obseruan-
 tur. Donatus in illud Terent. At ego per istos
 Phædria & tu Chærea. Hunc comedendû & de-
 ridendû vobis propono, ambo, inquit, nomi-
 nat quasi legibus paiscatur. In illo quoque ex-
 emplo quod ad ducit autor ad Herenniû ad id
 pactum quod legibus valeat, In comitio aut in
 foro ante meridiem causam conijcito, illud
 planè legitimû est, & directû. Liuius cõijcito
 lib. XXXVIII. Verbi genus hoc conseruato,
 quod magis in legibus quam in fædrib. vti
 solemus. Quemadmodum autem pacta quæ-
 dam legibus fiunt ita & quædam legibus im-
 probantur, quædam etiam iure prætorio. Ci-
 cero. 1. offic. Iam illis pactis non standum ef-
 se quis non videt quæ coactus aut dolo dece-
 ptus quis promiserit? quæ quidem pleraque
 iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

Et ita in l. siue generalis 61. in prin. D. de

iure dotium. ipso iure promissio non

valet, quia lege rata non ha-

betur autoritas ipso

iure facta.

PETRI PERRE,
NONII ANIMADVER-
SIONVM ET VARIARVM
LECTIONVM IVRIS CI.
VILIS, LIB. II.



Anno M. D.XCIII.



INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI

- A** D l. Secus. 46. D. ad SC. Trebel. & coniuncta
l. Publicus 36. D. de condit. & demonst.
cum l. ultim D. de fideicō. libert. Cap. 1.
Ex Constantino Harmenop. emendata l. quamuis. 75.
D. de iure dotium. Cap. 2.
De vi ac proprietate dictionis $\chi\rho\eta\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ ad L. si habi-
tatio, 10. D. de vsu & habitat. Cap. 3.
Caput legis Iulia de adulterijs, & explicatus Mar-
tialis locus Cap. 4.
Repetitionem vsus fructus Capitis diminutione &
 $\alpha\rho\chi\eta\sigma\iota\alpha$ amissi locum non habere in legato vsus
fructus in singulos annos: & de hac re quemad-
modum sit emendanda l. licet 23. D. de vsuf. leg.
ostenditur. Cap. 5.
Sabinus an idem sit qui Vitellius. Cap. 6.
Explicata l. 9. D. de condit. furt. & §. aliquando
Instit. de perpet. & tempor. action. Cap. 7.
Periurij poena qua legibus. Cap. 8.
Veritas rerum erroribus gestarū non vitatur. Cap. 9.
Criminis subscriptio quando locū habuerit. Cap. 10.
Questionū, Disputationū, Assessoriorū, Disceptationū
& Decretorū libri à diuersis Ictis editi. Cap. 11.
Conciliatio L. sunt qui in id. 16. D. de re iudic. cum l.
verum est. 63. in prin. D. pro socio. Cap. 12.
Propenetica & iudicia iure licito quamuis petantur,
minus id tamen honestè fieri. Cap. 13.
Caduca duplicia lege et casu. Lib. caducorū Cap. 14.
Legum quaedā inscriptiones restituantur. Cap. 15.



- Non esse Labeonis quæ à Paulo libris Pilsano Epitoma-
matorū referuntur & refutantur argumentis &
exemplis demonstratur. Cuius rei ignorātia quæ-
dam malè intellectæ leges hæctenus explicantur
& eluciantur. Cap. 16.
- Vox periculi quid significet. Cap. 17.
- An permissa sit ultio, & quemadmodum se contra vim
defendere permissum sit. Cap. 18.
- L. debitor. 82. D. de leg. 2. addita negatione emen-
dandam esse. Cap. 19.
- Operam dare, Explicata L. prædia. 27. §. 1. D. de in-
stit. leg. Cap. 20.
- Testamenti definitiones. Cap. 21.
- An minori 12. annis domum deducta donari possit, &
de ea re explicata l. 65. D. de donat. inter vir. &
vxor. Cap. 22.
- Quo tempore vixerint Vrseius Ferox, Proculus, Mar-
cellus Scauola, Iunius Mauricianus Icti. Cap. 23.
- Culpa est se immiscere rei ad se nō pertinēti. Cap. 24.
- Sententia l. cū tabulis. 16. §. quoniam. D. de his quæ vt
indig. auf: concubina et vxoris differētia. Cap. 25.
- Explicatio quorundam quæ sunt in l. abesse 32. D. Ex
quib. caus. maior. particula ET. sublata ex L. C.
de salg. hospit. non præbend. Cap. 26.
- Quare furti & in factum actione teneatur qui equis
alienis equas suas subiecerit. Cap. 27.
- Pecunia quæ ducitur peculium præsidij causa ad l. si
chorus. 79. D. de leg. 3. Cap. 28.
- Interdictorum genera. Cap. 29.
- De vectigali stipendio & tributo. Cap. 30.

AD L. SECUS. XXXXVI. D. AD SC.
*Trebellian. & coniuncta l. Publius 36. D. de
 condit. & demonst. cum l. ultim. D.
 de fidei commis.
 libert.*

C A P. I.

Qui fiduciario heredi bona sua relinquit ut ea alicui restituat cum ad annos sedecim peruenerit non prius restituere debet quam is annum 16. impleuerit l. si cui. 49. D. de leg. 1. l. nonnunquam. 48. D. de condit. & demonst. Nam cum sub conditione legatum sit d. l. si cui, l. si Titio 22. §. 1. D. quand. dies legat. nihil planè debetur antequam legati conditio venerit, & ideo mortuo ante conditionem fidei commissario nihil planè heredibus debetur nisi mens & voluntas testatoris alia esse probetur, quæ faciat ut fideicommissum non sub conditione sed in diem relictum esse videatur. d. l. si. cui, l. Secus. 49. D. ad SC. Trebell. quæ hanc voluntatem ita explicat, si testator prorogare solutionis tempus voluerit, & tutelam heredi fiduciario magis permittere quam incertum fideicommissi diem constituere. Ex quibus verbis quod vir doctissimus elicit legis nostræ emendationem, ut pro sedecim quatuordecim legamus, immane quantum à verò aberraret. Nam l. Ctus non intelligit tutelam quæ est vis & potestas in caput liberum, id est in pupillum, sed tutelam rerum hereditariarum
 quando

quando feduciarius heres non nisi minister est & dispensator fideicommissi l. si qui Titio 17. l. quidam testamento. §. si scriptus ex parte. D. de leg. 2. l. Lucius. 78. §. 1. D. ad SC. Trebel. Nouell. Marciani de testament. cler. Quo fit vt mortuo eo cui restituere debuit hereditatem nihil heredis commodo cedat d. l. si quis Titio, quamuis alias fiduciarij heredis magis quam vllius habita videatur esse ratio, d. l. si quis Titio, l. Iulianus 60. D. de leg. 2. l. cum quis decedens. 37. l. pater, 38. §. fidei D. de leg. 3. l. in fraudem. §. 1. D. de his quib. vt indig. Quando itaq; relictum est fideicommissum sub die certo, id ante eum diem debetur, cum eius dies cesserit, ideoq; moriente fidei commissario fidei commissum ad heredes suos transmittit quoniam quæ in diem debentur ad heredes transmittuntur. Atq; hæc est sententia d. l. Secus. Quid si ipse substitutos habeat? an vt ad heredes ante 14. annum transmittit fidei commissum, ita etiam ad ipsos substitutos transmittere potest? Ponamus speciem l. Publius. 36. §. 1. D. de cond. & demonstrat. Peto vt filio meo prædia cum annorum 16. erit restituas, quod si filius meus sedecim annos non impleuerit peto vt reddas, ea Publio Manio & Gaio Cornelio. Hic hæc verba, cum erit annorum sedecim non sunt conditionalia, alioqui ipsa substitutio inanis & nulla esset, ideoq; statim post mortem meam cedit dies fideicommissi & mortuo filio quocunq; tempore ante sedecim annos completes fit substitutioni locus. In his legati aut fideicommissi verbis, Cum anno-

104 PET. PERREN, ANIMAD,
rum 16. erit, aut conditio est aut diei certus.
Conditio reddit legatum incertum, diei cer-
tus legatum in tutum redigit. In hoc tamen
vtrumq; legatum aut fideicommissum par est,
quod non prius peti potest legatum aut fidei-
commissum sub die relictum quam conditio-
nale. Nam vt in hoc non venit dies ante 14.
annum impletum, ita nec in illo venit quam-
uis quidem cesserit. Itaq; neutro casu aliquid
mutatur in eo quod dicimus, Cum 16. anno-
rum erit completos annos significari, nec le-
gatum prius debes, quam impleti sint prorsus;
quoniam etiam in legato diei certi illud ve-
rum est, cum ante illos annos plenæ perfectos
legatum peti non possit. Vt autem legatum
quod sub die differendæ solutionis gratia re-
lictum est ante peti à fidei commissario non
potest quam dies venerit, ita nec ab heredibus
eius ante id tempus, quod verisimile non sit
testatorem voluisse prius ad heredes legatum
peruenire quam ad ipsum fideicommissarium
pertinuisset si vixisset. Quamobrem non nisi
post annum XVI. impletum fideicommissum
debetur ex l. Publius. §. 1. Et ita quoq; adden-
dum puto ad speciem l. Secus. Vt autem dixi-
mus illa verba, si XVI. annorum erit propter
substitutionem, ne scilicet euanescat, pro die
certo accipi in specie l. Publius. ita etiam in
specie l. vltim. D. de fideicom. libert. condi-
tio dicitur apposita respectu substitutionis
nulla & superuacua esse: quæ quidem lex cum
sit ex eiusdem auctoris eodem libro coniun-
genda est cum hac l. Publius. quam idem ipse
de

ET VARIAR. LECT. LIB. II. 105
de quo supra etiam fecimus mentionem male
emendandam esse putat. Caret enim mēdo, &
redditur multo intricatior si vt ille vult pro
sedecim quatuordecim substituamus.

EX CONSTANTINO HARME-
nop. emendata L. quamuis 75. D. de
Iure dotium.

C A P. II.

Dostrema verba L. quamuis 75.
D. de Iure dotium, sic potius le-
genda sunt, quā vt vulgò le-
guntur: Huius etiam (scilicet mu-
lieris) quamuis constante matri-
monio dominium sit? apud mari-
tum tamen emolumentum potestatem esse cre-
ditur, cuius etiam causa matrimonij onera
maritus sustinet. Et hanc lectionem confir-
mant quæ adduntur in lege, maritum sustine-
re onera matrimonij, quibus significat Ictus
meritò apud meritum esse dotis onus, cū apud
eum sit dotis emolumentum & commodum,
quòd, vt dicimus, eum sequantur onera & in-
commoda quam sequuntur commoda, & con-
trà. Sanè emolumentum dotis maximè perti-
net ad maritum, eaq; de causa instar fructuarij
esse dicitur ab eo qui scripsit ἰὸ πλάτος βαδιλί-
κων ad l. 65. D. de Iure dot. Huc accedit quod
Iurisconsultus ait statim in princip. huius le-
gis dotem quamuis in bonis mariti sit, mulie-
ris tamen esse, id est quamuis dotis dominus
bonitarius sit maritus, vxorem in hilominus

G 5

domi-

106 PET. PERRENON. ANIMAD.
dominā esse Quiritariam. Nā qui habet in bo-
nis, aut qui est dominus bonitarius emolumen-
tum rei habet, Quiritarius simplex & nu-
dum rei dominum sine commodo & fructu l.
vnica. c. de nudo iure Quirit. tollend. Hæc
cum ita sint rectè Constantinus Harmenop.
proposito totius legis nostræ sensu adiicit in
fine maritum ob id quod sustineat onera ma-
trimonij etiam dotis emolumentum habere
constante matrimonio. ἐν ὅσω δὲ inquit παρὰ
τῷ ἀνδρὶ ἐστὶν ἡ γυνή, τὸ κέρδος αὐτῆς ἔχει ὁ ἀνὴρ διὰ
τὰ βάρη: vt non dubitem quin ex Harmenop.
autoritate lex nostrā ita sit emendanda vt su-
pra proposuimus. Sed Harmenopuli verba,
quibus legem nostram totam interpretatur
digna sunt quæ integra referantur, vt qui com-
modus sensus ex hac lege elici possit appare-
at, & vt intelligatur alia quædam in hac lege
aliter legenda esse, quam quod vulgo legatur,
& nonnulla verba turbata suis sedibus resti-
tuēda esse, quædā etiam in aliorū locū substi-
tuēda. Harmenop. igitur verba hæc sunt lib. 4.
προχειρ. lib. 8. Εἰ καὶ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῷ ἀνδρὶ ἐστὶν ἡ
προίξ ὁμοίως τῆς γυναικὸς ἐστὶν, ὁ δὲ ἐκδεχομένης προ-
ίξιμαίς ἀγρῶν ἡ γυνή κινεῖ περὶ ἐκδικήσεως, αὐτῇ
γὰρ διαφέρει εἰάν γὰρ μὴ ἐκνικήσῃ, παύεται αὐτὸν
ἔχειν ἐν προίξ, ἐν ὅσω δὲ παρὰ τῷ ἀνδρὶ ἐστὶν ἡ γυνή
τὸ κέρδος αὐτῆς ἔχει ὁ ἀνὴρ διὰ τὰ βάρη: hinc constat
si quid autoritati Harmenop. tribuendū est, vt
certè est tribuendum, hanc legem ita totam le-
gendam esse. Quamuis in bonis mariti dos sit,
mulieris tamen est, & meritò placuit, vt si in
dotem

dotem fundum inæstimatum dedit, cuius nomine duplex stipulatione cautum habuit, isq; marito cinctus sit, statim eam ex stipulatione agere posse, quia eius interest non esse cinctum quod in dote fuit, quoniã ipsa cinctiõnem pati creditur, ob id quod eum in dote habere desinit. Huius etiam &c. Ad id autem quod Harmenop. dotis commodum apud maritum esse ait cum apud eundem sit dotis onus, pertinet quod est lib. 29. βασιλικ. ὁ ἀνήρ τοὺς καρτοὺς τῆς προικὸς λαμβάνει διὰ τὰ βάρη τῶ γάμου. Item ὅτι τὰ βάρη τῶ γάμου, ἐκεῖ καὶ ἡ προῖξ, εἰλεῖ εἶναι.

DE VI AC PROPRIETATE DI-

ctiõnis χρῆσεως ad L. si habitatio

10. D. de usu & habitat.

CAP. III.



Værit Vlpianus in l. 10. D. de usu & habit. χρῆσις habitationis relicta, utrum vsum fructum significet, an vsum tantum: Ex Papiniano respondet vsum tantum contineri: quod videtur à Græca loquendi consuetudine alienum, cum χρῆσις semper fructum significet, vt apud Curtium Epistol. ad Cicero. & apud Aristot. 4. Ethicor. cap. 1. & apud Isocrat. ad Demonic. Harmenopulus quoque χρῆσιν vsum fructum interpretatur. Sic enim ille lib. 5. οὐ σούφρακτος γὰρ κατὰ Ῥωμαίους ἡ χρῆσις λέγεται. Sed sciendum est ea de causa dubitari in d. l. 10. an appellatione χρῆσεως in legato habitationis contineatur vsum fructus, quia χρῆσεως verè ac propriè vsum

sumfructū significat. At quoniam contra naturam habitationis foret vsumfructum cōtineri eo legato, cum habitatio vsum non vsumfructum cōtineat d.l. 10. in prin. L. si quis vuas. 32. in fin. D. de vsuf. id eo contra proprietatem dictionis *χρήσεως* respondetur, vsum tantum contineri. Et eodem modo proponitur paulò post aliud legatum, legato *χρήσεως* prorsus simile, quando scilicet domus vsusfructus habitandi causa relinquitur, quo casu etiam deciditur citra eum ac proprietatem vocabuli vsusfructus vsum tantum id est habitationem contineri. Malè igitur illi qui probare conantur *χρήσεως* appellatione proprie vsum solum significari. Malè etiam alij qui putant eadem voce *χρήσεως* tum demū significari vsum solum quando alius habet eiusdem rei cuius vsum esse volunt, Mancipium seu dominium, quasi non vnus dominium alter vsumfructum habere possit, & necesse sit quando vnus proprietatem seu mancipium & nexum habet alterum solum vsum habere. Quid absurdius, rogo, dici posset? Et quem afferunt locum mirificè contra eos facit. Nam cum Curius in sua epistola sic loquatur: Sum enim *χρήσει μὲν* tuus *ἢ τῆσει δὲ* Altici nostri: Ergo fructus est tuus mancipium illis, nonne in hoc Curij loco cum *κλήσις* sit vnus Altici scilicet, fructus nihilominus est alterius videlicet Ciceronis, maximè confirmatur, cum ita rescribit, Cuius quod postea responsione Cieronis quando proprium te esse scribis mancipio & nexu,
meum

meum autem usu & fructu contentus isto sum. Id enim cuiusque proprium est quo quis fruitur atque utitur. Refutantur etiam ex eo ipso quod aiunt *χρησι* esse dominiū naturale, seu quod in bonis dicitur, *κλήσι* vero dominiū ciuile, seu quiritarium. Qui enim dominiū naturale habet vsumfructum maximè habet, adeò vt qui dominus est ex iure Quiritium solum nihil habere planè videatur quo utatur fruatur, & dominiū inane & vacuum habere dicatur l. vnica. c. de nud. iure Quirit. tollend. Itaq; maritus qui dominiū naturale seu bonitarium habet l. quamuis. 75. D. de Iure dot. instar fructuarij est in rebus dotalibus, vt superiori capite dicebamus scribere τὸ πλάτος βασιλειῶν in l. 65. D. de Iure Dotium.

CAPVT LEGIS IVLIAE DE
adulterijs, & explicatus
Martialis locus.

C A P. IV.



Um lege Iulia adulteria puniebantur ac potissimum mulieres quæ adulterium comiserant, ea lege tenebantur, tum vel hæ tantum mulieres ei legi obnoxiaæ erant quæ matresf. haberi volebant quæque honestatem vitæ ac pudicitiam profitebantur, cum eæ quæ sese vulgò omni abiectò pudore prostituebant, illius legis pœnam facilè effugerent, & adulterij minimè tenerentur l. quæ adulterium 29. C. ad legem Iul. de adult. l. si

110 PET. PERREN. ANIMAD.

ea quæ 22. eod. Veteres enim nullam aliam pœnam ijs mulieribus imponebant, quæ sese prostituere non verebantur, quàm vt se per criminis professionem omnis honestatis iuris ac legum expertes redderent. Cornel. Tacit. lib. 2. More inter veteres recepto qui satis pœnarum aduersum impudicas in ipsa professione credebant. Quo sæpe fiebat vt mulieres quæ pœnam adulterij euitare volebant, impudicitiam & lenocinium profiterentur. Sueton. in Tiberio. cap. 35. Fæminæ famosæ vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur lenocinium profiteri cæperant. Idè traditur in l. mater 10. D. ad leg. Iul. de adult. Ex his explicandus est hic Martialis locus: Quod nubis Proculina concubino, Et machumodo, nunc facis maritum: Ne lex Iulia te notare possit, Non nubis Proculina sed fateris. Sic enim hic locus distinguendus est, & explicandus hoc modo: Quod Proculina nubis ei cum quo adulterium commisisti, tantum abest vt hoc pacto videaris pudicitiam profiteri, quæ certè præsumitur aliàs si coniungantur qui adulteriũ antea commiserant, quoniam lege Iulia teneatur l. commissum 27. (ad legem Iul. de adult. Nouell. 134. vt potius videaris profiteri amorem impudicum & lenocinium ne lex Iulia te notare possit, quæ eas quæ lenocinium profitentur à legis obseruatione liberare esse vult. D. l. mater 10. hoc in quã modo hic Martialis locus distinguendus est & intelligendus què Alexander ab Alexandro lib. 4. Genial. cap. 1. nõ rectè explicat. Mu-
licres

lieres igitur quæ omnem pudicitiam & matronalem reputationem abiurabant lege Iulia non tenebantur, quippe quæ profiterentur lenocinium quod lex Iulia non punit. Et e ratione confessum amorem pro impudico sumi existimo. Petronius quum se confesso cinxit amori

Iupiter & toto concepit pectore flammam.

Virgil. in Cæc. Sin confessus amor noto te macerant igne.

REPETITIONEM VSVS FRVCTVS

capitis diminutione et & x̄p̄s̄ia amissis locum non habere in legato vsus fructus in singulos annos: & de hac re quemadmodum sit emendanda l. licet. 23. D.

de vsuf. leg. ostenditur.

C A P. V.

Vsusfructus legatus morte, capitis diminutione & non vtendo amittitur. Morte omnino ita vt repeti nequeat l. repeti. 5. D. quib. mod. vsuf. amitt. capitis diminutione & & x̄p̄s̄ia amissus repetitur. Nam potest testator repetere legatum vsusfructum vt vsusfructus etiam post capitis diminutionem debeat l. licet 23. D. de vsuf. legat. l. 3. in pri. D. quib. mod. vsuf. amitt. Non vtendo quoq; amissus vsusfructus repetitur, quia ex omni causa licet repetere vsusfructum excepta causa mortis D. l. repeti. Repetitur autem vsusfructus hoc modo Titio

titio

112 PET. PERRENON. ANIMAD.
tio vsumfructum do lego, quoties vsumfructus
amissus erit eundem vsumfructum eidem do
lego l. in annos singulos. 8. D. de ann. legat. l.
3. in prin. D. quibus mod. vsusf. amitt. Sed ma-
gna est quæstio an in vsumfructu legato in an-
nos singulos habeat locum repetitio solùm.
Quod Mauricianus velle videtur in l. licet. 23.
De vsuf. legat. vbi ait Constitutioni Antoni-
ni Imp. qua confirmat licere testatori vsum-
fructum legatum repetere, vt etiam post capi-
tis diminutionem vel ἀχρησίαν debeatur, dū-
taxat locum esse cum legatus est vsumfructus in
annos singulos. Cuiacius vidit emendandam
esse d. l. licet, vt certè emendanda est. Nam pu-
gnat cum multis alijs locis, quod in ea dici ex-
istimatur, repetitionem vsumfructus tunc tan-
tùm valere cum in annos singulos legatus est
vsumfructus. Itaque vbi in d. l. licet legitur,
tunc tantum esse huic Constitutioni locum,
emendat Cuiacius nec tantum esse, &c. vt le-
gatum vsumfructus in annos singulos etiam
repeti possit. At equidem emendanda est ea
lex, vt certe est, sic potius legi debere conten-
derem; Nec tamen (quæ particula in quibus-
dam libris expressè legitur) esse huic Consti-
tutioni locum cum in annos singulos relega-
retur, obseruandum enim est, cum vsumfructus
legatur in annos singulos plura esse legata
plures vsumfructus l. cum vsumfructus 13. D. de
vsuf. legat. l. 10. D. quand. dies legat. & non
vtendo non amitti l. si vsumfructus 28. D. quib.
mod. vsusf. neque capitis diminutione l. pe-
nul. D. de capit. minut. l. in singulos. 8. D. de
ann.

ann. legat. Quod cum ita sit quid opus esset repetitione? cum illud ipsum legatum ususfructus in singulos annos tacitam habeat repetitionis potestatem, ut dicitur in. l. 2. §. si non mors. D. quib. mod. ususfr. quia tantum unius anni semper amittitur ususfructus l. 1. in fin. & d. §. si nō mors. d. tit. quib. mod. ususfr. idq; merito, quoniam, ut supra dictum est, plura sunt legata in legato huiusmodi quæ non semel sed ordine & in singulos annos legatario acquiruntur, ideoq; non possunt illa amitti quæ nōdum sunt legatario acquisita secundum regulam iuris, quæ ab autoribus ususfructui maximè accommodatur L. 1. D. quemad. ususfructus amitt. L. Titio ususfr. 96. D. de cond. & demonst. L. non videntur 83. D. de regul. Iuris, quamq; ad materiam ususfructus potissimum pertinere recte animaduersum est. Facie & huc L. 3. in prin. mod. ususfr. quæ ait sicut in annos singulos ususfr. legari potest, ita & capitis amissum diminutione legari posse, ex quo apparet legatū ususfr. in annos singulos eandem vim habere quā aliud legatū ususfructus. Si repereretur legatū ususfr. in annos singulos dixisset aliter Ictus, hoc nimirū modo: Sicut in annos singulos ususfructus amissus repeti potest. ita & capitis diminutione amissus quiuis alius ususfructus legari potest. Atque ita legatum ususfructus in annos singulos, quia iam habet tacitam repetitionem à testatore repeti non potest. Cum etiam tacita per se repetitio firma sit, expressa opus non videtur esse, ideoque superuacua est. In hac lege verò agitur de ex-

H

pressa

114 PET. PERRENO. ANIMAD.
pressa repetitione à testatore facienda, idque
ipsa legis verba satis ostendunt.

SABINVS AN IDEM SIT

qui Vitellius.

CAP. VI.

Antonius Augustinus vir Reip. literaria bono natus in libris suis Emendationum Vitellium eundem esse cum eo, qui Sabinus sæpius laudatur, aut Vitellium Sabinum fuisse appellatum existimavit. Mouetur Augustinus L. Sabinus 18. D. de hered. instit. in qua cum inscriptio sit ex libro Pauli ad Vitellium & postea in contextu laudetur Sabinus à Paulo, videtur Paulus appellationem Sabini tribuere Vitellio: ita ut videatur Sabinus idem esse qui Vitellius. Sed malè, nam eodem modo possemus inferre Iulianum dictum fuisse Marcellum ex L. Marcellus 15. D. de donat. causa mort. L. Marcellus 66. D. de reg. Iur. aut Plautium Cassium ex L. Cassius 18. D. de liberat. legat. Quapropter illud sciendum est Sabinum ad Vitellij libros notas scripsisse. Patet id ex l. hoc legatum. 45. D. de leg. 3. L. 8. L. quisitum 12. §. sed si fundus D. de instruct. legat. l. 3. in prin. D. de penu legat. l. tutorem 22. in fin. D. de his quæ ut indig. Quod cum constet obseruandum est. in d. l. Sabinus Paulum scribentem ad Vitellium maluisse laudare Sabinum in contextu, quia Sabini nota ad eundem Vitellium utebatur, & maluisse Sabino suum relinquere quàm id tribuere Vitellio ne vni detraheret quod alteri adderet.

Possis

Possis dicere id potius Tribonianum fecisse, ut & alibi fecit. Nam cum in l. 10. §. vlti. D. de manum. testam. Pauli librum quartum ad Sabinum eandemque sententiam & eadem verba, quæ in l. si idem seruus 14. D. de leg. 2. retulisset, attamen inscriptionem d. l. si idem seruus fecit libro quarto ad Vitellium. Illud nimirum vno in loco mouit Tribonianum quod videbat Paulum libro ad Vitellium referre potius Sabini quam Vitellij verba, ideoque inscribendam esse potius legem ad Sabinum, in altero sciebat Paulum scribere ex professo ad Vitellium illo quem proferebat loco, itaque non temerè Pauli propositum mutandum putabat. Neque foret disputationi locus si quis vellet contendere Cælium Sabinum ad Massurium Sabinum qui dictus fuisset Vitellius notas scripsisse, ita ut Cælium intelligeremus per Sabinum quem supra probauimus ad Vitellium scripsisse, Massurium Sabinum per Vitellium. Nam hæc opinio, qua tamen Augustini sententiam mihi in mentem aliquando venit, refutatur. d. l. qui fitum. 12. §. sed si fundus De instruct. legat. vbi cum vlpianus proponat Sabini Sententiam in libris ad Vitellium quam secutum fuisse Cassium in libris quoque suis ad Vitellium ibidem refert, satis constat non intelligendum Cælium Sabinum quippe qui post Cassium vixerit sed Sabinum Massurium quem Cassius magistrum suum laudat in l. qualem autem. 19. §. vlti. D. de recept. arbit. Refutant id & alia loca, quæ lubens omitto, Quis autem fuerit Vitellius quo tempore vixerit deliberandum amplius cen-

seo. Par est nos veteribus ICTis hoc tribuere, & hanc referre gratiam, vt inquiramus & scire studeamus, qui illi & quales fuerint: & quoniam per eos proficimus ac quales, quales in iure sumus eorum ope & diligētia euadimus, ita animos effectos esse, vt; & ἀπελαργύντες vicissim ijs lucē si fieri potest demus & ab oblivionis vindicemus tenebris. Equidem cum id per se iustum & æquum est nos facere, tum multū prodest ad historiam iuris & locorum nonnullorum explicationem.

EXPLICATA L. IX. D. DE COND.

furt. & §. aliquando Instit. de perpet. & tempor. action.

CAP. VII.

Difficilis hæc lex habita est à multis hæctenus, & quod mirere ab ipso Cuiacio, qui plurib⁹ in hanc legē in mediū prolabi, quæ cōtraria videantur, nihil tamen soluit, sibiq; ingenui iudicis more nō liquere liberè fatetur. Videamus quæ opponi possint, tum deinde quemadmodū hæc lex intelligēda sit. Condictio furtiua & rerum amotarum comparantur ita vt vtraq; eodē casu dari dicatur L. contra. 6. §. si potest. L. si mulier 21. §. penul. D. rei amot. Condictio autem rerum amotarū non datur in heredem nisi in quantum locupletior est factus l. ultim. C. eod. Ergo nec in heredem in solidum dari debet: furtiua condictio. Patris in peculio filij per omnia eadem est quæ heredis ratio Atqui in patrem

patrem nō datur actio Peculij ex furtina con-
 ductione, nisi quantum peruenit ad se l. 3. §. pe-
 nul. D. de pecul. l. 4. D. de condict. furtin. sicut
 nec in dominum l. seruus 30. D. de action. emti
 d. l. 4. Ergo nec in heredē dari debet nisi quan-
 tum est locupletior factus, quod & directō
 probat. l. 2. §. vltim. D. vi bonor. rapt. His ta-
 mē omnibus obstat maximē l. 9. D. de condict.
 furtiu. quæ aperte statuit conductionem fur-
 tiuam in solidum dari non quatenus est heres
 locupletior factus. Idem Cuiacius alio loco
 hanc legē intelligit vt lis contestata fuerit cū
 defuncto. Ego verō animaduerti eam accipi-
 endam esse de cōdictione furtiua quæ ex bonæ
 fidei contractibus datur. Generaliter enim in
 bonæ fidei contractibus heres in solidum te-
 netur, quamuis dolus aut delictum defuncti in
 ijs verferur. l. vltim. D. de fideiuf. tutor. L. ex
 depositi 12. L. ex contractibus 49. D. de oblig.
 & action. l. ex facto 131. D. de verb. oblig. l. hoc
 iure 152. §. vltim. L. ad ea quæ 157. §. vltim. D. de
 reg. Iur. Quare si depositarius rem depositam
 contrectet, mandatarius tutor, negociorum
 gestor, aut quiuis alius in bonæ fidei contractu
 dolo aliquid agat aut surripiat vel contre-
 ctet, heres eius in solidum tenetur quamuis
 dolus defuncti aut delictum verferur, idque
 propter contractum bonæ fidei. Atque hanc
 sentētiam ex eo cōfirmo quod cum d. l. 9. sum-
 pta sit ex libro Vlpiani 30. ad Edictum, coniu-
 genda est cum l. si hominem 7. D. deposit. quæ
 eiusdem autoris & inscriptionis est, eademq;
 serè verba habet. Hæc cum ita scripsissem in-

PET. PERREN. ANIMAD. 118
cidi postea in doctissimi cuiusdam viri com-
mentarium qui hanc legem eodem ferè modo
explicat, in quo mihi magnopere sum gratu-
latus. Nolui tamen hanc observationem cela-
re, tum quia non multis est obuia, tum etiam
quia ab eodem viro doctissimo paulo aliter
tractata est. Facere nõ possum quin his adiun-
gam explicationem. §. aliquando. Instit. de
perp. & temp. action. qui & ipse variè à varijs
accipitur. Aliquando etiam ex cõtractu actio
contra heredem non competit, cum testator
dolosè versatus sit, & ad heredem eius nihil
ex eo dolo peruenit. Hæc enim sunt Iustiniani
verba, quæ qui emendarent non defuerunt,
Sed illa refero ad contractus stricti iuris, vt
velit Imp. in illis heredem nisi in quãtum est
locupletior factus teneri. Videntur enim &
aliæ leges distinguere hoc casu inter bonæ fi-
dei contractus & stricti iuris, vt in l. vltim. D.
de fideius. tutor. Nam cum in omnibus bonæ
fidei iudicijs propter dolum defuncti heres
teneatur &c. in l. hoc iure 152. §. vltim. D. de
iur. In contractibus quibus doli præstatio vel
bona fides inest heres. in solidum tenetur. At-
que hoc idem sensisse Ictum in L. ad ea quæ
157. §. vltim. D. de reg. iur. existimo. In contra-
ctibus successores eorum quibus successerunt
non tantum in id quod peruenit, verum etiam
in solidum tenentur: vt illa verba, nõ tantum
in id quod peruenit ad cõtractus stricti iuris,
hæc verò: verum etiam in solidum ad bonæ fi-
dei referantur. Et ideo Ictus in principio le-
gis generaliter dixit in contractibus. Sed de
his alibi fortassis accuratius

PER-

PERIURII POENA QVAE

fit legibus.

CAP. VIII.

NOui interpretes hæc in quæstione:
 An periurium legibus puniatur va-
 rij fuerunt, & inter eos affirmatiuam
 quidam negatiuam alij magis ample-
 xi sunt sententiam, ita quidem vt qui vnam sen-
 tentiam probarunt alteram statim repudia-
 rint, nec vtranque stare simul posse existima-
 rint. Ego verò ambas sententias coniungendas
 puto, & adhibitis distinctionibus dicendum
 periurium puniri legibus & non puniri. Pu-
 niri probat L. nam sufficit 22. D. de dolo, l. 2. in
 fin. C. de indict. viduit. L. quoties. 17. C. de di-
 gnit. Nouell. 51. nō puniri L. 2. C. de rebus cre-
 dit. quæ omnino referenda est ad eum qui per
 Deum peierat, vt Constantinus Harmenop. in-
 terpretatur rectè, quæ ideo ait iusiurandi con-
 temptam religionem satis Deum habere vin-
 dicem seu vltorem. Vltionem enim periurij
 in Deum Deo potissimū veteres tribuebant.
 Iustin. histor. lib. XIV. At vos deuocata capita
 respiciant Dij periuriorum vindices. Cornel.
 Tacit. lib. 1. Iusiurandum perinde æstimandum
 quam si ōuem fefellisset, Deorum iniurias Dijs
 curæ. Ita vt de periurio idem possis dicere
 quod de ingratitude Seneca lib. 3. de Benefic.
 cap. 6. cum inquit. Hoc frequentissimum ingra-
 ti crimen nusquam punitur, Et hoc vbiq̃ im-
 probatur neque absoluimus illud, sed cum dif-
 ficilis esset incertæ rei æstimatio, tantum odio

H 4

dam-

damnauimus & inter ea relinquimus quæ ad vindices Deos remittimus. Hac cum ita sint sciendum est Deo ultionem contemptæ iusiurandi religionis relinqui, eius pœnam Deo imprimis tribui, quòd non satis dignè ac pro merito videatur puniri posse ab hominibus, puniri quidem ab ijs, sed non vt quæ pœna infligitur satis seuera sit ad vindicandum tantum ac tam immane crimen. Itaque cum de pœna illa quæ ab hominibus statuitur periurio loqueretur Iustin. Nouell. 51. recte addit si qua omnino est pœna. Pœna est eo respectu quod impunitum non est periurium sed quomodocunq; punitur pœna non est quia non satis seuerè & pro criminis uagnitudine vindicatur quod à solo Deo fieri debet & potest. Vnde duobus in locis quos postea proferam *Τιμωρία τῷ ἐπιουρκῆν* Deo imprimis tribuitur, multa infamiæ hominib⁹. Nulla etenim alia ratione punitur periuriū q̄ infamiæ inflictione l. quoties 17. C. de dign. l. si quæ maior 41. C. de transact. quæ omnino ad periurij pœnam, pertinet non ad actionē ex iureiurādo, Arist. li. 18. Rhet. ad Alexād. *δουκ ἐπιουρκῆν φοβούμενης τήν τε παρὰ τῶν θεῶν Τιμωρίαν καὶ τήν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχάνην*. Ad quem locum valde pertinet Cicero, 2. de legib. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus esto. Isocrat. in orat. aduers. Callimach. *ἴν ὁ τολμῶντες μυησικακῆν, μὴ μόνον ἐπιουρκῆνες ἐξαλέγχοντο, μήδ᾽ τήν παρὰ τῶν θεῶν ὑπομένοισιν, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα ζημιοῖντο* Ex his cōstat veram periurij pœnam

pœnam permitti Deo, mulctam & infamiæ illationem hominibus. Nec nouum vt quæ potissimum vlciscenda Deo relinquuntur interim tamen ab hominibus vindicentur ne omnino impunita alios ad similia facinora prouocent & instigent. Sic hæc ipsa percurij pœna maximè Deo permittitur ab hominibus tamen non omnino impunitur illud crimen relinquitur, ne res sit mali exempli. L. vlti. C. ad leg. Iul. repedund. sic hæretici potissimum diuina vindicta puniuntur, secundo Imperatoris ira & motu L. i. C. de summa trinitat. Sic Impp. Leo & Alexander in quadam Constitutione apud Harmenop. cum dixissent iudicem qui occultè & malè iudicat Deum habere vindicem, addunt, non tamen alienum putauimus & hunc iniurijs pœnis & execrationibus esse afficiendum. Illud non alienum planè ab hoc loco fuerit addere, principes propter pœnam percurij quam supra diximus infamiam fuisse, sæpenumero iusiurandi gratiã fecisse l. vltim. in prin. D. ad mun. Nouell. 51. Quod de eo demum iureiurando dici existimo, quod sit adhibitis instrumentis, non etiam de corporali, cuius gratiã non faciebant Impp. l. i. C. si aduers. vendit. l. 3. in fin. C. si minor. se maior. dixer.

VERITAS RERVM ERRORIBUS
gestarum non vitiatur.

C A P. IX.



Vod est in L. illicitas. 6. §. veritas.
D. de offic. præsid. veritatem rerum
erroribus gestarum non vitiari, &

H 5

ideo

522 PET. PERRENON. ANIMAD.
ideo præsidem prouinciæ id sequi quod eum
sequi conuenit ex fide eorum quæ probantur,
annotarunt iam quidam minimè pertinere
ad probandam & confirmandam Iohannis
sententiam, Iudicem non debere ex sententia
iudicare, sed secundum acta & iudicata, id est
secundum ea quæ aguntur alleguntur & pro-
ducuntur in iudicium. Id ut plenius intelli-
gatur tenendum est errore quasi quædam de-
fensione & prætextu factum si non in totum
excusatur, at certè releuari ac interpretatio-
ne leniri l. 4. C. ad leg. Iul. de adult. aliquando
etiam ne releuari quidem aut errore & impe-
ritia obliterari & vitiari, ut in l. 3. C. de apo-
stal. Et hoc est quod dicitur hoc in loco, veri-
tatem rerum erroribus gestarum non vitiari,
hoc est rei gestæ veritatem seu ipsum factum
non excusari ex eo quod qui fecit se per erro-
rem aut alio respectu fecisse dicat, id quod ro-
ties I Ctus inculcat dum prætextum & colo-
rem facti non excusare, sed ipsum factum sim-
pliciter puniri ait. Probetur igitur præsidi il-
lata vis, illicita exactio, violentia & metu fa-
cta venditio, non poterit qui vim intulit qui
illicitè exegit qui metu alium vendere coëgit
ullo se prætextu excusare. Minister factum
hoc prætextu non teget quod causa adiuuan-
di militares viros aliquid fecerit nec exactor
quod tributa exegerit. Præses igitur in iudi-
cando sequetur quod factum fuisse apparebit
nec erroris aut alius alicuius prætextus qui in
facto occurrit habita ratione aliquid de seue-
ritate sententiæ remittet. Veritatem enim rei
gestæ

gestæ sibi proponet, & secundum eam sententiam feret. Veritas rei dicitur l. 10. C. de donat. l. 11. C. de fide instru. l. 2. C. de acquiren. posses. substãtia veritatis l. 10. C. de fide instrum. l. 2. §. sub conditione D. pro emptor. rei gestæ veritas l. 17. C. de pact. res gesta & veritas l. 21. C. ad leg. Cornel. de fals. ipsius rei natura & veritas l. ultim. C. arbit. tutel. id quod verè gestum est l. data 27. C. de donat. Hæc itaque rei gestæ veritas errore aut prætextu vlllo non obliteratur l. 6. D. ad municip. l. 4. C. de testam. maximè vero criminum veritas, vt vocatur ab Apuleio, lib. 10. de Asin. aureo. Nam hæc errore nullo vitiatur labefactatur, obliteratur aut adumbratur. Quod dupliciter intelligi potest. primo, vt quamuis quod per errorem gestum est extenuetur & excusetur, non omnino tamen, non puniendum sit: quoniam negari non potest, quin aliquid factum sit quod ipsum errore nullo vitiatur. Et tale est illud apud Iustin. in prin. Instit. de oblig. quæ quasi ex delicto. Et utiq; inquit, aliquid peccasse intelligitur licet per imprudentiam, deinde ita intelligi potest, vt in facto nulla sit errori venia, qui factum obliterare queat. vt in l. 3. C. de apostat. Nam alias factum adumbrari & obliterari errore & imprudentia dicitur, vt quodam loco apud Ovidium qui valde huc pertinet.

*Nil ego si peccem possum nescisse, nec vllus
Error qui facti crimen obumbrat erit.*

Huc illud pertinet etiam quod dicitur in
l. si filia 20. in princip. D. famul. ercis. im-
peri-

124 PET. PERREN. ANIMAD.
peritiam seu errorem iurisdictionis formam
mutare non posse: quod tamen non est perpe-
tuum. Nam quandoq; in aliquid re gesta non
iuris effectus sed animi destinatio respicitur,
vt est in L. cum qui duas. 18. C. ad leg Iul. de
adult.

CRIMINIS SVBSCRIPTIO QVAN-
do locum habuerit.

CAP. X.



Væ criminis subscriptio siue in-
scriptio laudatur eo nomine ne
accusator temerè ad accusatio-
nem descendat, ni pœnam quam
irrogari cupit ipse incurere
velit, l. si cui crimen. 7. D. de ac-
cus. l. penult. C. eod. Symmac. lib. 10. Epist. 63.
eam in extraordinariis duntaxat criminibus
obtinuisse reperio l. vlti. D. de priuat. delict.
l. vltim. D. de furt. Cicero 2. de Inuent. Et quæ
parricidij causa subscripta esset, ordinem
esset acceptum nomen &c. Cælius ad Cic. li.
8. Epist. Itaque sine vlllo sub scriptore descen-
dit & T. reum fecit. Causa tamè quia T. extra-
ordinarius reus lege Plotia subscripta fuit.
Quo in loco rectè extraordinarius reus lege
Plotia subscriptus dicitur, quia extraordina-
rij rei quos sub scriptos fuisse diximus, legib⁹
rei erant l. penul. D. de præua. l. ordo. 7. D. de
public. iudic. l. penult. C. de accus. Itaq; valde
probo apud Harmen. li. x. id quod dicitur in l.
aut priuatim. 10. D. ad SC. Turpill. abolitionem
lege fieri, interpretatur ac si scriptum esset, ex
in scriptorum numero rei nomen aboleri.

Cete.

Cæterum in scriptum & subscriptum crimen indifferenter dicimus, quamuis subscribere quid aliud quàm inscribere significet aliquãdo apud autores, accusatorem scilicet adiuuare & alieno nomine postulare. Corn. Nepos in Attico. Neminem neque suo nomine neq; subscribens accusauit. Pedianus in verrin. 1. subscriptores alicuntur qui adiuuare accusatorem causidici solēt. Et ita accipitur subscriptor in superiori Cælij ad Ciceronem loco. De illa verò subscriptione agimus hoc loco quam quisque suo accusaturus proponebat, de qua Seneca lib. 9. contio 2. Paulus erat accusator cum commentarijs. Gellius lib. 4. cap. vltim. Tum censor eum qui intempestiuè lasciuisset, in ærarios retulit, causamq; hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Et quod apud Paulum lib. 5. Sent. accusatores edere crimina dicuntur id significat per subscriptionem genus criminis edere & exprimere, vel vt Seneca ait subscriptionem edere, cuius verba commodius infra citabuntur. Sciendum est quoque hanc subscriptionem variis locis fieri solitam fuisse, in secretario principis l. penult. C. de accusat. annalibus & sacris scrinijs l. præscriptiones 65. C. de appellat. commentario principis. Tacitus lib. 2. Annal. Petit à Cæsare Iunius Mauricus vt commentariorum principalium potestatem senatus faceret per quos nosceret quem quisque accusandum poposcisset, apud magistratus. Plautus in Trucul. Iam hercle apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum, possiidea ego

ma-

226 PET. PERREN. ANIMAD.
manum in te conijciã. Idem in Afinaria. Ibo-
ego ad Tresuiros, vestraque ibi nomina fa-
xo erunt capitis. Huc pertinet hoc Sidonij A-
pollin. Epist. 3. lib. 1. Aruandum publico no-
mine accusaturi gestis decretalibus insequũ-
tur, & Varron. fragmentum, citante Nonio.
Itaque eas in ceram conscribillauit Hercules
ad litem. Illud autem maximè notandum hic
est inscriptum reum statim carceri traditũ
fuisse tormenta verbera catenas sustinuisse l.
vltim. C. de abolit. l. 1. C. ad SC. Turpill. & a-
pud Symmach. lib. 10. Epist. 63. Quæ omnia pa-
ti accusator cogebatur si crimen quod inten-
debat probare non posset, cum inscriptio ni-
hil sit aliud quàm poenæ sponso subeundæ
illi qui accusat si crimen quod intendit non
probat. Quæ causa est, credo, cur nemo duos
reos subscriptos habere queat l. qui accusare
8. in fin. D. de accusat. l. si maritus 15. §. vltim.
D. ad leg. Iul. de adult. Absurdum etenim ef-
fet vnum & eundem duobus reis simul ad
quæstionem ad carceres & ad cætera obli-
gari.

*QVÆSTIONVM, DISPVTATIO-
num, Assessoriorum, disceptationum, et de-
cretorũ libri à diuersis Ictis editi.*

C A P. XI.



Ibros Quæstionum scripserunt
Africanus, Papinianus, Frisidi-
us, Tertullianus, Paulus Scauo-
la, Callistratus, Mæcianus, qui-
bus referebant quid ipsis assi-
den-

dentibus & suadentibus à magistratibus. lata sententia constitutum esset, ut rectè suos libros Scæuola inscripserit, Quæstionum publicè tractatorum libros. Nam intelliguntur quæstiones à Ictis in cognitionibus magistratum & iudicum multum agitatae & discussæ non simplices & nude quæstiones, sed quæstiones tractatae & plenae. Tractare etenim significat rem plenè perfectèque, quandoque etiam adhibitis iuris peritis considerare l. Diui fratres 17. d. de iure patronat. Et hæc est inter tractatum seu tractationem & quæstionem differentia, quod tractatus latior sit, quæstio strictior & simplicior l. 5. in princ. D. de præscrip. verb. Seneca 1. Controvers. Hoc ex æquitatis parte pendet & tractatio magis est quam quæstio. Idem 5. Controvers. Hoc non tanquam quæstionem sed, ut illi mos erat pro tractatione & loco. Ex quibus duobus locis Senecæ constat tractatum esse de quo nihil in perpetuum & generaliter definiri possit, sed quod pro tempore ac loco aliud atque aliud sit, ut quod in æquitate consistit, quæ etiam in iure nostro certis regulis non facile concludi dicitur L. 14. in princ. D. de diuers. temp. præscript. quæstionem esse certam, definitam, & regulis suis comprehendi, quod & probat L. mora 32. in princ. D. de usur. ut ius l. 2. d. iur. & facti ignorantia. Et hoc est quod dicitur in l. si seruum 91. §. sequitur D. de verbor. obligat. in quæstione (quæstionem accipit pro tractatu, ut in l. 88. D. ad leg. Falcid.) de bono & equo sub autoritate iuris scientiæ perniciose plerunque er-

raris

rari : dum scilicet tractatus boni & æqui ad præcepta ac regulas iuris reuocatur, qui nulla regula certa comprehenditur : item quod infertur ex l. 17. de iure patronis tralatibus nullam iuris ante lati rationem haberi, sed quid æquum bonum videatur liberè & ingenuè promi. Rectè igitur Scæuola non simpliciter quæstionum, sed quæstionum tractatarum libros suos inscripsit, quod idem valet ac si eos Tractatum inscriptione donasset. Rectè etiam quæstiones publicè tractatas vocauit, quia vt dixi, quæstiones propositæ à Ictis examinatae discussæ & examinatae in auditoriis & tribunalibus magistratum intelliguntur. Vnde in l. Lucius 38. D. Mandati, Est earum specierum iudicialis quæstio per quam res expediatur, & in l. 4. C. de libe. causa. in auditorio quæretur. Idè probat l. Titius 43. §. illud D. de acti. emti l. iubem. 6. C. de natur. liber. Et quia vt dixi potissimum à Ictis disputabantur ex quæstiones, vnde sæpius in libris illorum quæstionum. Dixi, dicebam, & alia occurrunt verba l. testa. 40. D. de reb. credit. l. peregre 44. §. quæsitum. D. de acquir. posses. l. penul. D. de liberat. legat. l. si cui 92. D. de cõd. & demonst. quæ ex libris Vlpiani de fideicommissis, qui sunt & quæstionum, vt Mæciani inscribuntur libri quæstionum de fideicommissis: Item quidam dicebant, existimabant, & similia d. l. lecta. d. l. penul. l. cum tale. 72. D. de condit. & demonstrat. Idem sunt disputationum libri, vnde in iis etiam sæpe dixi, placuit, putarunt. l. Bæbius. 30. D. de pact. dotal. & in l. cum in fund. 78. ego dixi in auditorio. Idem sunt

sunt

funt etiam Assessoriorum libri, quales Puteo-
lano tribuuntur l. nam &. 12. D. de pact. Nam
magistratus suos habebant assessores l. Ctos &
peritos iuris l. 2. D. Quod quisque iuris. Am-
mian. Marcellin. lib. 23. Hi ius suggerebāt ma-
gistratibus eorumque sententias instruebant.
Vnde in l. metum. 9. §. sed ex facto. D. quod me-
tus causa, prætorem me assidente inter locutū
esse cio, & in l. 3. D. de vsur. præfectis prætorio
suasi. De quaestione proposita, & in auditoriū
deducta licebat Iurisperitis multum inter se
disputare, vt quam probarent sententiam ma-
gistratus pro tribunali sedens confirmaret &
in iudicando sequeretur. Hinc in specie l. le-
cta 40. D. de rebus credit. Vlpianū & Paulum
multum inter se agitatā quaestionem disputas-
se sub Papiniano aut in auditorio, Papiniani
apparet, cuius illi assessores fuerunt, vt refert
Spartianus. In assessorijs etiam legum ante la-
tarum ratio non habebatur. Itaq; cum Vlpia-
nus legem proposuisset addit prætores etiam
exemplum legis secuturos in assessorio l. lex
Cornelia. 5. §. hac lege D. de Iniur. quasi alias
leges non sequantur. Et rectè Sabinus instruit
prætores quidque sequendum sit prætori in
auditorio apud suos assessores docet, eodem
modo quo nostri aliquando solent autores
virum bonum instruere, eisque qui in re ali-
qua liberum arbitrium habent præcepta da-
re quo arbitrari iustè possit, ne aberrarent à
bono & æquo, vt in specie l. ita vt omes 36. in
prin. D. Mand. coniuncta l. quæ præcedit. IC-
torum igitur sententiæ potissimum in audi-
torijs

103 PET. PERREN. ANIMAD.
torijs & apud tribunalia magistratum vale-
bant & familiam ducebant, & ab ijs responsa
non solum priuatis sed etiam magistratibus
reddebantur l. 5. D. de manimis. vindict. Extra
iudicium etiam magistratus non facile quid
sine consensu assessorum suorum faciebant.
Itaque Ulpianus assessor in villa dicitur præ-
tori permisisse manumittere l. 8. D. de manu-
mis. vindict. in qua lege subaudiendū est præ-
torem animi causa concessisse in villam &
hortos post negocia publica & litium diiu-
dicationes, quod fieri solitum fuisse constat
ex Horatio Od. 8. lib. 3. Non aliter tamen di-
monit obstantis propinquos Et populum re-
ditus morantem. Quam si clientum longa ne-
gocia diiudicata lite relinqueret, Tendens
Venafranos in agros, Aut Lacedæmonium Ta-
rentū; Ex Vopisio in Aureliano. Ibi cum ani-
mus a causis atq; negocijs publicis solutus ac
liber vacaret sermonem multum à palatio
vsque ad hortos valerianos instituit. Huius
veteris moris vestigia etiam sunt in L. 1. §. ad-
eundi autem. D. quand. appelland. L. quid ta-
men 21. §. si arbiter D. de recept. arbit. Hæc vi-
sum est adijcere de hac lege, quia perperam à
quibusdam explicatur. Disputationum libri
etiam sunt publicarum quæstionum & tracta-
tionum libri L. Diuo. II. C. de quæstion. De-
cretorum libri sunt etiam libri quibus refe-
runtur sententiæ Imperat. in cognitionibus
prolatarum Jurisconsultis in consilium ad-
hibitis & quid iudicandum principi sugge-
rentibus. Principes uamq; quando de re ple-
nè tra-

nè tractare volebant Ictos in consilium assumebant qui propositam quæstionem, pluribus tractarent, & de ea plene definirent, vt in L. Diui fratres. 17. D. de Iure patron. Hinc quod principes in cognitionibus cum consilio collocuti aliquid dixisse referuntur l. 6. C. de vsu cap. pro emt. & in Actis Apostol. συλλαλήσας μετὰ τῶν συμβουλῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ Ictorum assessus maximè intelligitur. Illi enim in consilium principum potissimum assumebantur l. verum 11. §. ex facto D. de minorib. l. Iurisperitos 30. D. de excusat. d. L. Diui fratres. Videmus quoque in libris Decretorum quomodo Icti disputent, aliorum afferant & refutent opiniones, suas laudent, Impp. sententias commendent, vt l. vltim. D. de Iure fisci L. qui filium. 74. D. ad SC. Trebell. l. Modius 97. D. De acquir. hered. in qua nescio quid nonnulli conijciunt de Notis Pauli ad Papinianum. Sed hæc prolixius fortasse quam par est.

CONCILIATIO L. SVNT QVI IN

id. 16. D. de re iudic. cum l. verum est 63.

in prin. D. pro socio.

CAP. XII.

Videntur contrariæ l. sunt qui in id. 16. D. de re iudic. & l. verum est. 63. in prin. D. pro socio. Illa enim condemnationem fieri ait in id quod socius facere potest si socius sit vniuersorum bonorum: hæc etiam si non omnium bonorum sed vnius duntaxat sit rei socius in quantum facere potest socium condemnari dicit.

I 2

Sed

Sed sciendum est Vlpian. in D. l. verum, considerare societatem etiam eam quæ unius rei est, quatenus ita est inita, ut unusquisque partem proindiviso possideat, & vterque socius partem in qua est societas in solidum habet, ideoque rectè addit etiam unius rei societatem quodammodo ius habere fraternitatis: Fraternitatem quoque cape quando fratris commune patrimonium proindiviso possident. Et ideo Paulus eleganter scribit in l. si is qui tres. 31. D. de excus. tutor. neq; fratres confortes plurium loco habendi sunt, neque non fratres si idem patrimonium habeant. Igitur quemadmodum fraternitas consors unius personæ loco est ita & societas l. mortuo. 22. D. de fideiuss. Societas siue omnium bonorum siue unius duntaxat rei ius quodammodo fraternitatis habet, dum modo in quo consistit societas non possideatur ab vno ex socijs tanquam certa pars & diuisa. At partis socius partem fere semper diuisam vult habere & parte communi uti tanquam propria, ut inquit Vlpianus in l. merito. 51. D. pro socio, & sane, inquit, plerunque credendum est eum qui partis dominus est iure potius suo uti. Qui partis socius est plerunque videtur rem communem tanquam propriam tractare. Nam socius qui partem communem pro derelicto habet videtur totum quid dereliquisse l. 3. D. pro derelict. & socius partis qui partem communem dat mutuo eam tanquam propriam et partem suam diuisam credere videtur. l. si socius. 16. D. de rebus credit. quam accipiendam esse

esse de socio qui partem communem habet
 apparet si, vt suadet inscriptio, coniungatur
 cum l. si vnus 67. §. si vnus D. pro socio, quę iti-
 dem ait eum qui totorum bonorum non est
 socius si fænerauerit pecuniam communem
 & ex ea vsuras perceperit ita demum partiri
 vsuras, si societatis nomine fænerauerit, aliàs
 non partiri si suo fænerauerit nomine. Qui
 partis diuisę socius est verè socius non est, sed
 particeps potius, Aconius 3. Verrin. Hos est
 igitur quod ait d. L. 16. Vlpianus socium om-
 nium bonorum accipiendum esse. Nam quam-
 uis de socio omniũ bonorũ tantum loquatur
 non tamen excludit vnus rei indiuisę soci-
 um, qui eandem habet equitatem quam socius
 omnium bonorum, nempe quia vterque est
 quodammodo frater consors. At Vlpianus
 excludit socium partis diuisę qui partē suam
 potius & propriam possidere videtur quàm
 comunē: ita vt Vlpianus considerarit quod
 plerunque fieri solet, vt partis socius partem
 comunem velit potius possidere tanquam
 suam quam tanquam comunem. Non est er-
 go sibi ipse Vlpianus, nec ei addenda est nega-
 tio in d. l. 16. Paulum quoq; idem sensisse pro-
 bat d. l. si vnus, §. vltim. vbi cum principaliter
 multum de socio vnus rei disputasset addit
 deinde, Non alias socius in id quod facere po-
 test condemnatur quam si confitetur se soci-
 um fuisse. Affirmare autem huius distinctionis
 ignarantia etiam male & intellectam & emen-
 datã fuisse l. in hoc iudiciũ. 14. §. 1. D. Commu.
 diuidi q̄ indicasse breuiter hoc loco sufficiat.

PROPENETICA ET INDICIA IV.

re licito quamvis petantur, minus id tamen honestè fieri.

CAP. XII.



Quamvis iure licito propenetica peti dicuntur l. i. D. de properet. eadem tamen quoniam fordida sunt l. 3. eod. minus honestè peti existimarim, Certè difficile peti ex eo patet, quòd ἐγμνευλιχὰ ijs facilius peti dicuntur, quæ tamen ipsa non ita honestè petuntur, cum quia ea petunt non adeò improbabili more id facere dicantur d. l. 3. Nam quod ἐγμνευλιχὰ non adeò improbabili more dicuntur peti sanè ex eo patet ea non planè probato aut bono more peti: Improbato aut improbabili more fieri dicuntur l. i. §. vltim. D. de action. eruti vel malo more l. atqui natura 19. §. i. D. de neg. gest. l. 8. D. quod metus causa l. i. §. litis causa D. de extraord. cognit. quæ contra verecundiam existimationem & contra bonos mores fiunt. Propenetica igitur & ἐγμνευλιχὰ honestè minus petuntur etsi licite. Atque hæc est causa cur post titulum De extraordinarijs cognitionibus, sub quo quædam continentur quæ quamvis iure licito, inhonestè tamen petuntur, vt ille titulus exempla quædam suppeditat, tractetur statim de propenetice atque definiatur ea etiam licite inhonestè quamvis peti. Sanè l. i. De extraord. cognit. & l. vltim. De propenet.

ex eodem sunt Vlpiani libro. Et cum prope-
netica & ἐπιμενεδία iure licito petatur, quod
est in l. vel obligatus 20. D. de liber. caus. ali-
quid datum esse alicui ob auctorem iure lici-
to, id de propeneta seu parario interpretor
cum quibusdam, qui etsi minus honestè licito
tamen iure honorarium petierit & acceperit.
de quo sunt intelligendæ & aliæ leges quæ
aiunt aliquid ab emtore emtionis causa im-
pensum & erogatum esse. l. quod si nulla 8. D.
de hered. vendit. l. debet. 27. D. de adilit. edict.
De iudicijs quæ ἐπιμενεδία dicuntur idem est iu-
dicium de quibus ideo eodem libro quo de
propeneticis tractavit Vlpianus l. solent. D.
de præscript. verb. l. i. D. de propenet. Nam
Iudicia quemadmodum propenetica licito
iure petuntur quamuis probè & honestè non
petantur, vt ostendit l. falsus creditor 43. §. so-
lent. D. de furt. in cuius his verbis. Quid ergo
si ἐπιμενεδία quæ dicunt petat? nec his videtur
furtum facere etsi non probè petat aliquid,
priori petat ius licitum significatur, postero-
ri honestas, Probe enim facere aliquid nõ iu-
re licito facere sed honestè significat. Vnde
hæc duo probè iure licito coniungi solent
quoties iudicare volumus ius licitum cum
honestate coniunctum l. vt in iurandi. 7. §. iu-
rare. D. de oper. libert. quod alibi dicitur, non
solum liberum sed etiam honestum esse l. i. C. Th.
de expens. ludor. Ergo iudicia quamuis licite
minustamen probè ac honestè petuntur. Et
quod non turpiter accipi tam expressè dicun-
tur l. 4. §. vltim. D. de cond. ob turp. caus. l. so-

136 PET. PERRENON. ANIMAD.
lent. 15. D. de præscript. verb. eo ipso turpiter
peti & inhoneste significantur secundum id
quod est in l. 1. §. proinde D. de extraord. co-
gnit. Atq; hoc modo explicandum puto quod
Balsamo ait ob res culpa dominorum aut ca-
su perditas & aliquo iuventas nomine merce-
dis aliquid inuentori aspergi, idque ab eo pe-
ti & exigi posse, vt iure quidē peti velit, quam-
uis non omnino honestè & probè. Sunt qui
locum Balsamonis falsum esse contendunt
nisi inter dominum & inuentorem stipula-
tio intercessit, quod non probo, cum pactum
aut stipulatio in hunc tantum finem interpo-
natur, vt *εὐργεῖα* nō tam debeantur ex officio
præstito quam ex pacto aut stipulatione. Pau-
lus lib. 2. Sentent. lib. 31. D. 1. solent. Nihil sanè
impedit quo minus illa peti iure scripto &
concesso queant etiam absque stipulatione
aut pacto, sed pactum aut stipulatio ideo in-
terponitur vt peti magis ciuilitè *εὐργεῖα* pos-
sint.

CADUCA DVPLICIA LEGE ET
casu. Librarius Caducorum.

C A P. XIII.



Aducum est quod domino orbatum
in fiscum cadit, idque eodem sensu
morbosum à Paulo dicitur in l. tu-
tor. 16. §. 1. D. de pignorat. action.
Nam quod ibi morbosum dicitur paulo ante
in publicum obligatum fuerat dictum. Cadu-
ca autem fiunt dupliciter vel lege vel casu,
Sym-

Symma. Epist. 54. lib. 10. Quod nomen accipiet
 ablatio facultatū quas nulla lex nullus casus
 fecit caducas. Casu sunt caduca quæ publica-
 tione aut alio quouis modo viuentē adhuc
 domino in fiscum cadunt, Vnde Impp. in l. 3.
 c. de bon. vacantib. Si quando aut alicuius
 publicatione aut ratione iuris aliquid rei no-
 stræ addendum est. Et rectè Cuiacius in l. pro-
 hibitum. 5. c. de Iure fisci emendauit, quæ suc-
 cubuerint legibus, vbi succubuerunt eodem
 sensu quæ in l. intercidit. 58. D. de condit. & de-
 monstrat. intercidit legatum id est caducum
 factum est. Quod lege caducum fit, illud est,
 quod vt supra dictum est, domino nudum, vt
 loquitur Symmach. Epist. 55. lib. 10. in fiscum
 defertur, quod & lex Iulia voluisse dicitur l.
 quidam. 96. §. 1. D. de leg. 1. Iustin. Historic. lib.
 19. sed quam possessione vacua fortuitis do-
 minorum mortibus sicuti caducam occupa-
 uerint. Atque hoc propriè caducum est. Nam
 quod casu caducum fit erepticium potius di-
 cendum vt eo sensu erepticium dicitur ab Vl-
 piano in frag. tit. 19. His adiiciendum est libra-
 rium caducorum in l. vltim. D. de iure immu-
 nitat. dici eum qui res in fiscum casuras post
 mortem dominorum annotabat. Seneca epist.
 58. Pulsare superbas potentiorum fores, dige-
 rere in literam senes orbos plurimum in foro
 posse inuidiosa potentia ac breuis est, ac si ve-
 rum æstimes sordida.

LEGVM QVAEDAM INSCRIP-
tiones restituantur.

CAP. XV.

QVanti sint faciendæ singularum legum inscriptiones nemo paulo humanior est qui non sciat. Tanta est illarum utilitas ut maximum quandoque pondus habeant ad explicationem legum. Quis est qui duos Digestorum titulos, ut ut cæteros omittam, de verborum significatione & de regulis iuris se intelligere planè & explicare commodè ausit dicere qui non habeat singularum inscriptionum exquisitam rationem? Danda est igitur opera nobis ut eas si fieri potest nõ vitiosas habeamus. Sunt quædam quæ mihi restituendæ vidètur, ex quibus l. ultim. D. de administ. tutor. cuius inscriptio debet esse, Pomponius li. 8. Epistolarum, ut est inscriptio legis quæ proximè præcedit, ideoque inscriptio legis ultim. reddenda est l. penul. & huius illi. Sententia d. l. ultim. duobus in locis citatur ab Vlpiano ex libro 8. Epistolarum, in l. summa 21. §. si dolo D. de pecul. Et ita Pomponius lib. 8. Epistolarum, in l. 3. §. si feruus D. de tribut. action. quamvis Pomponius lib. 8. Epistol. si soluendo tutor sit ex dolo eius pupillum teneri scripsit. Illud omitendum non est hanc eandem suam sententiam Pomponium retulisse lib. 29. ad Sabinum in l. 1. D. quando ex fact. tut. vbi laudetur Aristo, cuius etiam sententiam qui Pompeium consulit pluribus refert in d. l. ultim. Quod in L. natu-

naturales. 10. D. de oblig. & action. modò Paulus modò Vlpianus legitur li. 47. ad Edictum, legendum est Iulianus lib. 47. Digestorum ex l. fideiussor. 16. D. de fideiuf. vbi eadem regulæ verba sunt quæ in d. l. 10. Sciendum tamen est restituendam esse vtiq̃ inscriptionem d. l. fideiussor. Nam illa quam habet transferenda ad l. 14. & inscriptio l. 14. reddenda est L. fideiussor. Sunt & aliæ inscriptiones non suis locis positæ, de quibus aliàs.

NON ESSE LABEONIS QUAE A Paulo libris Pubanõ Epitomatorũ referuntur. & refutantur argumētis et exemplis demonstratur:

Cuius rei ignorantia quadam malè intellecta leges hæcenus explicantur & elucidantur.

CAP. XVI.

HAbeonis nõ esse existimo quæ à Paulo in Epitomatis proponuntur, quæque ab ipso refutantur sæpius. Vt id existimem multa faciunt. Facit l. penul. D. de capti. & postlimi. reuers. vbi hæc proponuntur: Si postliminio rediisti nihil dũ in potestate hostiũ fuisti vsucapere potuisti, quæ Paulus refutat proposita sententia, Duum reuersum posse vsucapere quæ seruus ex re peculiari acquisiuit, quæ fuit etiam Iuliani sententia in l. bona eorum 22. §. quæ peculiari D. de captiu. & postlimin. reuers. quæ à Paulo etiam refertur & probatur in l. si is qui 15. D. de vsucap. & à Tryphonino in l. in bello 12. facti

etiam. De capti. & postlimin. reuers. & ab
 Vlpiano in l. ait prætor 22 § si planè. D. Ex qui-
 bus caus. maior. Atqui hanc etiam fuisse Labe-
 onis ipsius sententiam ipse fatetur Paulus in
 l. Labeo. 8. D. de vsucap. Hanc etenim legem
 accipiendam esse de vsucapionibus eorū qui
 in hostiū sunt potestate præterquā q̄ Cuiac.
 monuit li. 22. obs. ipsa legis verba satis osten-
 dūt. Nā q̄d hoc esset dicere. Dñi quē peculiari-
 ter serui nacti sunt vsucapiūt, q̄a hæc ignoran-
 ter vsucapiūt. Inanis et ἀργος sermo, vsucapiūt
 quia vsucapiunt. Supplenda sunt itaque in d.
 l. 8. aut certè subintelligenda hæc aut alia si-
 milia verba, dum domini sunt in potestate ho-
 stium, post verba nacti sunt. Facit præterea l.
 vltim. si seruit. vindicet. in qua duæ referun-
 tur sententiæ, vna quæ Labeonis putatur, aqua
 nondum inuenta seruitutē imponi non posse
 vt liceat aquam quærere & ducere, altera quæ
 Pauli esse existimatur. Talem seruitutem con-
 stitui posse. Atqui hæc postrema sententia ab
 ipso Paulo tribuitur Labeoni in l. Labeo. 10.
 D. de seruit. rusti. cuius eadem sunt verba quæ
 secundæ partis d. l. vltim. Quam rogo diuersæ
 & absurdæ distinctiones ad has duas afferun-
 tur leges? Facili & l. penul. D. de acquir. rerum
 domin. ex qua aliud adhuc clarius afferam ex-
 emplum. In illius l. penul. §. vltim. ex Labeone
 huiusmodi ponitur sententia. Si id quod in
 publico innatum aut inædificatum est publi-
 cum est, in insula quoque quæ in flumine publico
 nata est publica esse debet. Cum constet hanc
 Labeonis esse sententiam sequetur si demus esse
 se

se eiusdem Labeonis quæ præcedunt quæque refutantur à Paulo, ipsa suo auctori Labeoni esse contraria. Quod quàm absurdum sit dicere quàmque ab existimatione Pauli alienū nemo non videt. Cogermur enim fateri Paulum mala fide Labeonis verba protulisse in medium quia modò eadem probauerit modò reiecerit. Quo quid illiberalius? quid tanto ICTO indignius cogitari posset? In eadem lege hæc me etiam mouent. Proponitur à Paulo in §. 1. hæc sententia ab eoque refutatur postea: Si qua insula propria tua est nihil in ea publici est. Si hæc sunt Labeonis verba, vt putantur esse, contraria sunt profecto ijs quæ tribuuntur Labeoni, in §. vltim. quæque Paulo probantur. Item in §. 2. hæc si qua insula in flumine publico proxima tuo fundo nata est ea tua est Labeonem non redolent, vt putatur, Quod si d. §. vltim. negationem addas vt quidam faciunt. Non si id &c. tamen sententia consistere non potest. At qui addunt negationem hæc solùm de causa addunt vt alijs quæ referuntur in D. l. penul. sententijs hic §. conueniat. Sed si velis huius §. sententiam cum alijs eiusdem legis §. conciliare summæ negligentia ne dicam perfidia apertè accusare quippe qui Labeonem idem scribentem modò probet modò refutet. Facit denique l. vltim. D. de aliment. legat. vbi creditur Labeo non putasse victus legato vestem legatam videri eoq; nomine ibidem à Paulo notatur. Atqui contraria Labeonis sententia nominatim refertur in l. verbo victus 43. D. de verbor. signif. Nunquam

quam quoque credidi esse Labeonis quod proponitur in l. si eius fundi 78. D. de rei vindicat. Quis enim dixerit Labeonem tam nouitatis fuisse studiosum ut quod omnium vno ore vnoque consensu receptum erat id vnus in scribendo negligeret & contra scriberet? Huc accedit quod contraria tribuitur Labeoni sententia in l. si fructuarius. 13. D. Quib. mod. vsus. amitt. fructus scilicet percipi spica aut fœno cœso aut vna adempta aut excussa olea, quamuis nondum tritum frumētum aut oleum factū, aut vindemia coacta fuerit. Quod idem planè est cum eo quod sub nomine Pauli est in d. si eius fundi. perceptionē fructuum accipiendam non si perfectè collecti sint, sed etiam si cæpti fuerint ita percipi, vt terra se continere desierint: veluti si oliuæ, vna lectæ, nondum autem vinum oleum factum sit: his enim verbis vtitur D. l. si eius fundi. quæ vt ex l. si fructuarius constat, accipienda est de fructuario: idque confirmat quod ponitur in ea cum qui fructus percepit suo nomine percepisse, & ita suos fecisse. Nam fructuarij fructus demum fiunt, si ipse eos perceperit aut alius eius nomine cum aliud sit in bonæ fidei possessore, cuius fiunt fructus à quocunq; percepti fuerint d. l. si fructuarius. 13. Quib. mod. vsus. amitt. l. arboribus. 12. §. vltim. D. de vsus. l. qui scit. 25. §. prætereā D. de vsur. l. bonæ fidei 48. in pri. D. de acquir. rer. domin. l. si seruus communis, 61. §. Locauit. D. de furt.

Quare, vt dicam quod sentio, Labeonis esse illa existimo quæcunque sub nomine Pauli,
scri-

scribuntur: Pauli autem nomen ferunt quia Paulus Labeonis libros in meliorem ordinem & commodiorem methodum redegit, ut valeat quod ait Imp. in l. vnic. c. de vet. iure enucleand. eum qui factum subtilitur emendat laudabiliorem esse eo qui inuenit.

VOX PERICULI QUID

significet.

CAP. XVII.

Periculum, de cuius vocis significatione à quibusdam ex nostris interpretibus quæsitum est, nihil aliud esse puto, quam statuam aut columnam maximè autem eam quæ in foro ponebatur, in qua iudicum & magistratum nomina ab ijsq; prolata sententiæ scribebantur. Vnde magistratum pericula apud Ciceron. in frumentaria, quibus magistratum nomina inscripta erant. De iudicum nominibus est locus apud Asconium in orat. pro Milone. Quarta die adesse omnes in diem posterum iuebantur, ut coram accusatore & reo Pilæ, in quibus nomina iudicum inscripta erant æquarentur. De sententijs instrumentis publicis inscribi solitis est apud Apuleium lib. i. Florid. Proconsul ista bella sententia quæ semel lecta neque augeri litera vna neq; minui potest, sed utcunque recitata est ita prouinciæ instrumento refertur. Et in antiqua sententia, Meruit sententiam quam iussu eiusdem Senetionis sub præf. huic titulo proscripsit. Horat. lib.

lib. 3. od. 24. statuas huiusmodi intellexit, cum ait. O quisquis volet impias cædes aut rabiem tollere civicam. Si quæret pater subscribi statuis, indomitam audeat refrenare licentiam. Periculū igitur ex Plutarcho in Isocrate nominare βεβλαίαν ἐστίν. Et sanè statuas & columnas in foro fuisse apparet ex l. eum qui D. de reb. aut. iudi. pos. l. Fulcinius §. illud sciendum. D. quibus caus. in pos. eatur. & ex quadam epistola Diog. ad Cratetem, in qua sic est καὶ τὸς ἀνδιόνας τὸς ἐν τῇ ἀγορᾷ προσίων ἀλλεῖ τὰ ἐλφίτα. Quod periculum apud AEmilium Probum in Epaminunda dicitur, recte Plutarchus & AElitianus σήληντ vocant, ut opus non fuerit apud AEmilium sepulchrum emendare aut aliud simile verbum substituere. Et ideo periculum columna aut statua dicitur quia quodammodo in altum periculum facit, ut apud Homerum odijss. θ. αὐταὶ ἐπειδὴ δφαίρη ἀν ἴθω πειρήσαντο, Ac postquam pilæ seu statuæ periculū in rectum fecerūt F. Nescio an periculum hac significatione accipiatur in l. si culpa. 63. D. de rei vindic. vbi, ex sententia iudicis periculo iudicati. Ex hijs satis apparet in tit. C. non posse legi. De sententijs ex periculo recitandis, quippe quod agatur in eo quo modo sententia ex tabella ex scripto & ex libello feratur. Rectius igitur legitur communiter, de sententijs ex libello recitandis vel ex scripto, ut probant l. 1. l. 2. l. 3. eo tit. Non ineptè etiam quidam legunt, ex breuiculo. Lamprid. in Seuero. Eum
nota-

Notarium qui falsum causæ breuem in consilio imperatorio retulisset. Ex periculo autem præterquam quod denotat proprie ex lapidea pila & columna etiam significare potest breuiter & succinctè, quia columnis res quam breuissimè scribebantur. Vnde *σηλογραφίαν* Nazian. vt alij etiam referunt vsurpauit pro breui subnotatione & quodam iudice.

AN PERMISSA SIT VLTIO, ET
*quemadmodum se contra vim defendere
permissum sit.*

CAP. XVIII.



Communem omnium hominum inter se cognationem laudant Vlpianus l. 3. D. de Iusti. & iure. Leo Nouell. l. 1. Lactantius cap. 5. Epitom. Si enim facti ab vno Deo, inquit, & orti ab vno homine cōsanguinitatis iure sociamur, omnem igitur hominē diligere debemus. Quintil. declam. 9. Sub vno parente nature cognatio est. Philo lib. 1. de vita Mos. *ὁ κείνων* inquit, *ἄνθρωπον εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιασθῆς ὑπάιτιος εἶναι δοκεῖ δια τὴν ἀνοτάτω καὶ νοιγὴν συγγένειαν.* Sidon. Apollin. in quodam Paneg. vulgus cognatum dixit. Cicero quoque lib. 1. Offic. hanc societatem & naturalem cognationem pluribus describit & laudat. Propter hanc mutuam inter se hominum cognationem nefas est alteri alterum iniuriam facere aut vim inferre d. l. 3. ideoque fas est se aduersus periculum immi-
K nens

nens quoquo modo defendere, & se defendendo alterum occidere d. l. 3. l. 4. l. scientiam. 45. §. qui cum D. ad leg. Aquil. quia qui homini infidias facit cognationis vinculum soluit, & ideo nec erga eum iure cognationis tenemur amplius, contra quod tamen putat Philo loco supra citato. An autem etiam permessa sit ultio queri potest. Ita videtur. Cicero. 2. de Invent. Vindicatio est per quam vis & iniuria & omnino omne quod obfuturum est defendendo aut vlciscendo propulsatur. Antonius apud Herod. lib. 4. ἀμύνει δαίτῃ αὐτῆς ἐπιβαλέοντας οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ σωηθῆς. Seneca lib. 2. de Ira cap. 32. Non ut in beneficijs honestum est merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs. Ictis vinci turpe est: hic vincere. In humanum verbum est & quidem pro iusto receptum ultio: & à contumelia non differt nisi ordine. Lucretium quoque videtur non omnem improbare ultionem sed acriorem.

*Acrius ex ira quod enim se quicq; parabat
Vlcisci quam nunc concessum est legibus aquis.*
Donatus in Hecyr. Terent. Insidiari malum est sed contre insidiari iustum est. Sed iure nostro omnis omnino ultio prohibita est cum ita demum se defendere permittat si aliter se tueri quis non possit. l. scientiam 45. §. qui cum D. ad leg. Aquil. Debemus enim iniuriam à nobis propulsare confestim non ex interuallo l. 3. §. eum qui D. Vnde vi l. 1. C. eod. Atque hæc quidem in ijs quæ vitæ necisq; sunt pertinent,
in

in quibus prorsus vltio iure improbatur, cum eadem in iudicijs & ciuilibus negocijs, vt in specie l. quemadmodum 29. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. si alius. 7. §. bellissimè l. vlti. §. si ad ianuam D. Quod vi aut clam. l. 2. C. vt nemo priuat lit. præd. suis. l. 1. C. vt nemini liceat sine tut. aut. quamuis quidem hoc casu melius sit vltionem propriam omittere. & sibi ius non dicere l. si stipulatus sum 85. in fin. D. de solut. l. si pupillorum. 7. §. si pupillus D. de reb. eor. l. 3. C. de pignor. d. §. bellicissimè.

L. DEBITOR 82. D. DE LEG. 2.

addita negatione emendandam esse.

CAP. XIX.

Nunquam aspexi l. debitor 82. §. vltim. D. de leg. 2. quin ex ipsius orationis ductu, ex eo quod ibi tractat Paulus, & ex sententia iuris statim negationem deesse. Quod cum valde miror neminem hæctenus animaduertisse tum ita planum faciam vt necessaria planè appareat illa negatio: & omnes tanquam ea quæ oculis cernuntur videant, confugiendum interdum ad textus emendationem, vbi ratio iuris id suadet, postulat loci qui tractatur sententia & integritas. Scio equidem quàm id vulgo odiosum habeatur. Et sanè ipse adeò sacrosanctum apud omnes esse cupio & opto vt sortum tectum retinendum eum esse existimem: eoque odio maximo dignos iudicem qui nullo iudicio leui aliqua coniectura ducti opiniones suas

textus integritati præponere non erubescunt. In quibus quin habear ab omnibus non recusoso nisi maturo iudicio & sincera fide ad huius me loci emendationem accessisse appareat. Hoc ut intelligatur paucis accipe. Quod domino non potest legari, seruo legari potest ut res domini, & id quod domino purè debetur. Nec obstat id quod dicimus domini personam inspicere eum aliquid seruo legatur l. si mihi & tibi 12. §. 1. D. de leg. 1. quia id tantum rectè dicitur de testamenti factio, ut hic explicat Paulus & l. alieno. 31. in prin. D. de fideicom. libert. Itaque ei seruo demum legare possum cuius cum domino testamenti est factio, & ut ait d. l. 12. §. 1. cuius domino æquè legari potest. Ceterum integrum legatum ex persona serui vires capit, & si sit cum domino testamenti factio quodcunque præterea in legato est personam serui respicit, ex eaque vires capit, aut viribus destituitur. Igitur in testamenti factio seruus est planè ἀπρόσωπος & personam nō habet, ut & alias l. 3. D. Ne quis eum qui in ius vocat. vi exim. Vnde à domino χαρακτηρίζεται, ut loquitur Theophilus, & personam à domino accipit. In ceteris quæ in testamento sunt personam à se habet opus non sit ut eum dominus personet. Et hoc est quod dicebat Iulianus, id demum seruo alieno legari posse quod quivis alius liber capere posset, ut explicat Papinianus Iulianum in l. 5. D. de seruit. leg. Quia in re legatum à stipulatione differt, quæ ex persona domini vires accipit. Et ideo non sicut ad fundum

dum

dum domini via seruo legari non potest, cum alij libero non possit d. l. 5. ita seruus ad fundum domini viam stipulari non potest. Nam quoniam dominus viam ad fundum suum stipulari potest etiam seruus poterit, cuius stipulatio ex persona domini valet l. si vnus. 19. D. de seruit. rustic. præd. l. 7. §. vltim. l. 17. D. de stipulat. seruor. In legato igitur persona serui inspicitur: quo fit vt valeat legatum quod relictum est seruo quandiu seruiat. Quod autem valeat, quia huius rei probandæ potissimū hoc caput susceptum est. probatur l. seruo alieno. 113. in pri. D. de leg. 1. Probatur ipsa Pauli oratione. Nam & hoc legatum ex persona serui vires accipit. At quid hæc oratio nisi vt probet hoc valere legatum quoniam ex persona serui vires accipit, idque maximè euincit particula ET, ex qua apparet Paulum quod de ceteris legatis de quibus fecerat ante mentionem dixit idem dictum velle de hoc: Quandiu seruus seruiat. Quemadmodum igitur dixit superiora valere legata, quod ex serui persona valeant, ita & hoc valere ait quod æquè ex serui persona vires capiat. Probatur & eo maximè quod postea addit Paulus vt eorum refutet opinionem qui legatum. Quandiu seruit, non valere putabāt, hocque tale est. Quod seruis legatur qui libertatem consequi non possunt quales sunt qui omnino manumitti non possunt ex cōstitutionibus, vt qui in perpetuam seruitutem venierunt, qui in testamento prohibentur manumitti, & qui à præfecto vel præfide ob delictum aliquod l. quod

150 PET. PERREN. ANIMAD.
si fugitiuus. 17. §. vltim. D. de ædit. edicti l. ser-
uus. 9. D. de manumis. l. seruū filij 44. §. si idem
seruus D. de leg. 1. quod inquam, his seruis le-
gatur, valet quamuis consequi libertatem nō
possint, cur non multò magis id legatum va-
lere debet quod relictum est seruo, quandiu
seruiat, quis hic cōsequi libertatem potest, il-
li nullam eius vnquam asequendæ spem ha-
bent. Probat id denique totius loci filius.
Cum Iulianus definisset id demum seruo alie-
no legari posse quod ipse liber factus capere
posset, id statim quidam arripuerunt & ca-
lumniosa interpretatione concludere inde
tentarunt, id legatum minimè valere quod
seruo alieno relictum est quandiu seruiat
quia ille liber factus id legatum non posse ca-
pere videtur. Cui calumniosæ annotationi
duo opponit Paulus, primum hoc legatum
ex persona serui consistere nō minus ac ea quæ
supra dixit valere deinde si verum esset lega-
tum seruo relictum quandiu seruiat valere,
sequeretur & illud multo magis legatum non
valere quod relictum est seruo cui libertas
competere nunquam potest: quod contra ius
est. Et similis est eiusdem Pauli responsio alio
in loco & alia specie l. ad exhibendum. 19. D.
ad exhibend. Quæ cum ita sint neminem du-
bitaturum esse opinor quin locus ille nega-
tione addita ita sit legendus. Calumniosa est
enim illa ad notatio, non posse seruo legari &
quandiu seruiat. Nam & legatum ex persona
serui vires accipit &c. Illud ad extremum no-
tandum est, particulam, ENIM, hoc in loco
non

non esse coniunctiuam, sed aduersatiuam potius: quod non obseruatum causam, credo. dedit, cur huic legi detraheretur negatio: quemadmodum contra particulae aduersatiuae, vt, AVTEM, verò, quandoque pro coniunctiuis ponuntur l. intra quatuor. 10. §. fin. D. de diuers. temp. præscrip. Petr. Faber ad l. 56. D. de regul. Iur.

OPERAM DARE. EXPLICATA

l. pradia. 27. §. 1. D. de instit. legat.

CAP. XX.

Iudex operam dare dicitur l. si longius 18. in princ. D. de iudic. l. penul. D. de vacat. mun. quod accipiendum de pedaneo iudice patet ex d. l. si longius, quæ iudicem datum vocat eum qui operam dat. Id etiam ostendit iste Ciceronis locus act. 4. in Verrem. M. Petilium equitem Rom. quem habet in consilio iubet operam dare quod rei priuatae iudex esset. Quo in loco Petilius iudex priuatus eques Romanus rectè ponitur quoniam equites Romani potissimum selecti erant iudices qui à litigatoribus ipsis aut magistratibus ad iudicandum eligebantur, vt iam satis notum est. Hinc rectè Plinius in præfatu. hist. Quid te iudicem facis. Cùm hanc operam condicerem non eras in hoc albo: Selecti enim iudices in album referebantur, vt ex Seneca lib. 3. de Benef. videre est. Qui igitur operam dabant priuati iudices erant, vt est in superioribus Ciceronis verbis: quod rei priuatae esset, & iudices priuatos interpretamur

selectos. Gellius lib. 14. cap. 2. Quo primùm tempore à prætorebus lectus in iudices sunt, vt iudicia quæ appellantur priuata suscipere libros vtriusque linguæ de officio iudicis scriptos conquisiui. Etiam arbitri operam dare dicuntur Comicus in Heaut. Simus & Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, vt dixeram operam daturum me hodie non posse his dare. Quin ipsi litigatores dicuntur arbitris operam dare l. quid tamen 41. §. penul. l. non ex omnibus 39. D. de recep. arbit. Aduocati etiam dicuntur operam dare seu operari causis agendis l. 5. §. aduocationis D. de extraord. cognit. & apud Paulum lib. 1. Sentent. tit. 2. Cognitores operam cognitoriam suscipere. Hinc operam præstare in ciuilibus officiis l. 1. §. 1. D. ad SC. Velleian. & opera forensis pro aduocatione, procuratione, vel etiam cognitione dicitur à Cor. Nepoli in Alcibiade Gell. li. 14. c. 4. Quod autem maiores iudices et magistratus operam dare dicuntur l. 1. §. si ea quæ D. de vent. in possess. mitt. l. 1. in prin. D. si quid in fraud. patro. l. 3. C. de repud. & alibi pro videre & diligentiam adhibere accipitur. Ex his pendet explicatio l. prædia 27. §. 1. D. de instruct. legat. vbi mulier dicitur Romam ex Africa venisse litis causa mancipiaque quædam secum duxisse, quo citius per hyemem operam eligeret (sic enim legendum in d. §. 1. non vt aliàs legitur ad orã legeret) Significat enim ICTus mulierem secum duxisse mancipia vt eorum diligentia Romam citius perueniret, quo operam iudicis eligere

ligere posset aut cōdicere, vt loquitur Plinius
 Per hyemem autem dixit id est tempore hye-
 mis, propterea quod hyberni dies imprimis
 iurisdictioni tribuebantur, vt est apud Cicer.
 5. ad Att. Epist. 14. & apud Theoph. in §. eadem.
 Instit. Quibus ex causis manumitt. Quod in d.
 §. 1. dicitur litis causa iter facere id in l. sed &
 si per prætorem 26. §. penult. D. ex quibus caus.
 maior. dicitur cognitionis vel appellationis
 gratia peregrinari. Nam certè peregrinatio-
 nes litis causa sæpe suscipiebantur l. ciuitas 6.
 C. de offic. rect. prouin. Nouel. 41. Constitutio
 quædam Constantini. Aliquot ex ijs qui con-
 tra Cæcilianum dissentiant data euectione pu-
 blica per Africam & Mauritaniã inde Hispa-
 nias breui tractu facias migrare. Nauigatio-
 nem autem seruis adiunctis fieri solitam de-
 monstrat Nouell. Valentin. de testament. ibi.
 Aliis nauigatio seruis tantum comitibus ex-
 pedire subducit.

TESTAMENTI DE-

fnitiones.

C A P. XXI.

Iustinianus dum testamētum de-
 finit testationem mentis respicit
 ad naturam ac vim propriam te-
 stamenti. Illud quippe est pro-
 priè testamentum, inquit Theo-
 dof. Nouell. ix. quod testantis
 meram obtinet voluntatem. Nihil namque
 est æquius nihil iustius quàm hominis sani vl-
 tima voluntas l. penult. §. vlti. D. deleg. 2. l. i. C.

K 5

de

154 PET. PERRENON. ANIMAD.
de sacros. Eccles. Nouell. 22. vbi refert Impe-
rator legem 12. tabularum, eamque antiquis-
simam esse scribit: Paterf. vti legasset suæ rei
ita ius esto, quam etiam apud Græcos obti-
nuisse discimus ex Isocrate in Aeginet. quam-
que laudat Octavius Augustus in suo de Vir-
giliij libris carmine. Sed legum seruanda vo-
luntas.

*Sed legum seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat fieri, iubet parere necesse est.*

possumus itaque testamentum simpliciter de-
finire vltimam voluntatem, seu mentis nostræ
contestationem, quamuis testamentum iure
ciuili nuda voluntate non fiat l. qui ex Clieris
ii. in fin. D. de honor. pos. cont. tabul. Et hoc
sensu Theoph. dixit testamentum esse iuris-
gentium, & Quintil. quodam in loco: multa
esse iure naturali æqua quæ tamen iure ciuili
prohibita sunt, vt testamentorum libertas.
Modestini definitio vberior est & plenior. Te-
stamentum est voluntatis nostræ iusta senten-
tia de eo quod quis post mortem suam fieri
velit. Hæc etenim definitio testamentum iuris
ciuilis facit, aut potius iuris publici Sed Vl-
piani definitio omnium plenissima est: Testa-
mentum est mentis nostræ iusta contestatio
in id solenniter factum, vt post mortem no-
stram valeat. Nam in hac vnæ adduntur iuris
ciuilis solennitates eodem modo quo apud
Quintil. Declam. CCCVII. Non dixerim, in-
quit testamentum, cui libripens deest & fami-
liæ emtor & cætera iuri necessaria. Itaq; quod
dicitur

dicitur apud Modestinum testamentum iusta sententia non ita accipiendum est quasi dixisset secundum regulas facta, sed ab eo qui testamenti habet factionem. Testamēti factio quamuis quidem sit publici iuris l. 3. D. qui testam. facer. poss. non tamen per se est secundum regulas iuris l. 4. eod. vbi dicitur in questione an testamentum valeat inquirendum primū an is qui testamētum fecit habuerit testamenti factionem, tum deinde an secundum regulas iuris testatus sit. Atque illud est quod proponitur apud Vlpian. in definitione testamēti: Testamētum est mentis nostrę iusta sententia in id solenniter factum &c. vt illud iusta contestatio ad factionem testamenti, quę est publici iuris referatur, hoc verò in id solenniter factum ad solennitatē iuris ciuilibis eiusdemque regulas. Ideoque rectē Vlpianus in definitione primo loco testamenti factionem ponit, tum postea iuris ciuilibis solennitatem secundum doctrinam Gaij d. l. 4. Qui habet testamenti factionem ille nihilominus secundum regulas iuris testari debet nec potest facere vt ius ciuile non habeat locum in suo testamento l. nemo potest D. de leg. i. l. testandi. C. de testament. Sed qui non habet testamenti factionem nec testando secundum regulas aliquid agit, quia non refert solenne esse testamentum nisi iusta ac legitima sit testantis voluntas. Solennia iuris dicuntur l. i. D. de iniust. rupt. solennitus legum l. vltim. in fin. C. famil. erus. obseruatio legum l. hereditas 19. §. filius. D. de castiens. pecul. diligentia legum & obseruan.

156 PET. PERREN. ANIMAD.
feruantia l. i. d. de milit. testam. nimia & mi-
sera diligentia l. penul. §. vltim. D. de leg. 2.
Testamentum igitur vel est mera voluntas vel
iusta ac legitima voluntas, vel voluntas solen-
nis, duobusque postremis modis propriè te-
stamētum iure ciuili dicitur, primo modo no-
men generale vltimæ voluntatiæ retinuit.
Hinc in veteri testamento. Et hanc meam no-
uissimam voluntatem valere volo iure testa-
menti. Quod si fortè non censebitur nomen &
ius habere mando cuius ius alterius vltimæ
voluntatis. Et notandum est eodem ordine
tractari in Codice de testamento. Nam primo
proponitur testamentum militis quod nihil
nisi mera testantis est voluntas & testamētum
verè iurifgentium. Nam si vt rectè quidam ad-
notant, scire velis quale sit testamētum iurif-
gentium huius rei noticiam ex testamento
militari petere te oportet. Deinde ponitur
testamenti factio. Qui testamenta facere pos-
sunt, postremò solennitates iuris quibus con-
stare debent testamenta. tit. De testament. &
quemad. testament. ordinent. Quod in Vlpia-
ni & Modestini additur definitionibus: De eo
quod quis post mortem suam fieri velit, non
solebat omitti etiam ab ipsis testatoribus. Vn-
de ita est in testamento quodam veteri: Hæc
est l. Cuspidiij dispositio & vltimæ voluntatis
sententia, de eo quod post mortem suam fieri
cupit. Quod ita scribit Isidorus lib. 4. cap. 24.
Testamentum vocatum quia nisi testator mor-
uus fuerit nec confirmari potest nec sciri
quid in eo scriptum sit quia clausum & obfi-
gn3-

gnatum est, & inde testamentum quia non valet nisi post testatoris monumentum. Vnde Apostolus: Testamentum inquit in mortuis confirmatur, quod inquam ita scribit Isidorus, sciendum est, id eum sumpsisse aliqua ex parte ex Lactantio lib. 4. cap. 20. Nisi testator mortuus fuerit inquit, nec sciri potest quid in eo scriptum sit quia clausum & obsignatum est.

AN MINORI XII. ANNIS DOMVM

deducta donari possit, & de eare explicata

l. 65. D. de donat. inter vir.

& vxor.

CAP. XXII.

QUVM quæreret Vlpianus an minor 12. annis domum deducta sponsa intelligeretur, & post Iuliani sententiam relatum existimantis eam sponsam esse quamuis sponsalia non præcesserint. Labeonis & Papiniani diuersum existimantium proponit in l. cum hic status 32. §. si quis sponsam. D. de donat. inter vir. & vxor. quod iam antè fecerat in l. quæsitum 9. D. de sponsal. Putabant enim Labeo & Papinianus, quod & ipse Vlpianus probat, minorem sponsam videri si præcesserint sponsalia, aliàs sponsam minime intelligi debere, quamuis, inquit Vlpianus ex Labeonis sententia, iam vxoré esse putet qui duxit, id est, vt ego interpretor, quamuis qui minorem in domum duxit ei maritalé affectum & honoré vxoris deferat, qui honor matrimonium facit d. l. cum hic status §. si mulier. l. donationis. 31. D. de donat. Quo fit sicut postea

postea additur vt donatio in minorem collata non valeat, quia non in sponsam nec in extraneam collata est sed quasi in vxorem, vt est in d. §. si quis sponsam. Rectè quasi in vxorem quia quamuis nuptiæ nondum sint, vt postea in ipsa lege additur, tamen hæc cohabitatio speciem quandam matrimonij habet, & vt ait l. quod Seruius 8. D. de cond. caus. dat. habitum matrimonij, quæ & ipsa in principio minore ducta nuptias factas ait, postea verò nondum matrimonium coitum dicit. Rectè igitur dicimus minorem licet nec vxor nec nupta esse intelligatur, tamen quasi vxorem esse l. quæsitum 17. in fin. D. de reb. auctor. iudic. possid. & loco nuptæ l. quæsitum 9. D. de sponsat. eumq; qui minorem ducit quasi maritum, vt in d. §. si quis sponsam. Si quis sponsam. Cōtrariū tamen ipse Labeo libris posteriorum definit, ratam nimirum esse donationē quam vir in nōdum viri potentē facit l. quod vir. 65. D. de donat. inter vir. & vxor. Cuius hæc reddi ratio potest, quia vxor esse non potest quæ virū pati nequit, vt idem alibi ait l. quod pupillæ 30. D. quando dies legat. Dicit potuisset eā donationem valere tanquam in sponsam factam, nisi constaret Labeonem negasse minorem sponsam esse nisi sponsalia præcesserint. An ergo dicemus de minore sponsa aut cum qua contracta sint sponsalia intelligendam esse d. l. 65. Non id esset interpretari legem. Quamobrem existimo tum demū non valere donationem quando vir minori dederit quasi iā suæ vxori, valere si dederit non tanquam iam vxori suæ, sed

sed tanquam futuræ post nuptiarum legitimū
tempus impletum id est post 12. annos. Ea igi-
tur in re quæ fuerit dantis voluntas quod pro-
positum considerandum est.

QVO TEMPORE VIXERINT VR-
seium Ferox, Proculus, Marcellus, Scauola, lu-
nus Mauricianus Icti.

C A P. XXIII.



Aequum est profectò & vtile scire
quo tempore vixerint iuris no-
stri autores: cùm minimè par sit
eorum incognitam iacere memo-
riam, qui publico adeo profue-
runt, & nobis quantum in ipsis
fuit, suo labore, otium, vigilijs somnum & se-
curitatem, occupationibus vacationem conci-
liarunt, & minimè id sit infructuosum, sed in-
primis conducatur ad iuris nostri explicatione,
Vrseium Ferocem ad quem Iulianum notas
scripsisse ex multis legum inscriptionibus ap-
paret, & ex Vlpiano discimus l. si quis 6. §. ult.
D. commun. diuid. ante Tyberij tempora vi-
xisse puto, aut certè primis Tyberij tempori-
bus. Moueo eo quod in lege l. i. §. siue autem.
D. quær. rer. act. non det. Cassius existimasse
Vrseium refert, & in l. quid tamen. 10. D. quib.
mod. vsusfr. Cassium apud Vrseiū scribit, id
est notans ad Vrseium, vt in l. 4. §. si quis mihi
D. si seruit. vindic. l. 2. in fin. D. de noxalib. act.
& alibi dicitur: Marcellus apud Iulianum. Vi-
xit quidem aut post Proculum aut eodem quo
Proculus tempore siquidem vtitur autoritate
Proculi l. si seruus 27. in prin. D. ad leg. Aquili-
am

160 PET. PERR'ENON. ANIMA D.
liam, l. tali 48. D. de iure dotium. Et quod est in
l. supra 11. §. apud D. de aqua & aqua pluui. ar-
cend. apud Ferocem Proculus ait intelligi de-
bet in notis Ferocis ad Proculum, non vt su-
prà apud Cassium dictum esse annotauimus; &
ita Seruius qui ad Alphenum notas scripsit, a-
pud Alphenū respondisse aut notasse dicitur
l. actione 65. §. item scriptum D. pro socio l. si
quis duos 67. D. de solution. Ex his ferè etiam
cōstat quo tempore vixerit Proculus ante Ty-
berij tempora certè, Cæsaris seculo, vt puto.
Coætaneum eum fuisse Attilicino demōstrat
l. Attilicinus 17. D. de pact. dotal. qui Attilici-
nus tēpore Fufidij fuit, vt patet ex l. 5. D. de au-
ro arg. legat. quem Fufidium tempore Cicero-
nis fuisse rectè probauit Cuiac. obs. 1. Ideo que
Paulus Attilicinum testem laudat cuiusdam
rescripti Cæsaris ad Statilium Taurum l. Atti-
licinus 35. D. de seruit. rustic. Neminem igitur
dubitarum opinor quia Proculus Cæsare im-
perium obtinente floruerit. Marcellum sub
Marco Antonino fuisse opinor, ex l. non puta-
bam 48. D. de condit. & demonstr. cuius senten-
tia allegatur in l. si cui legetur 49. in prin. D.
de leg. 1. in quo vt hoc obiter addam omissum
est nomē Imperatoris, quod sic restituendum
est. Et ita Imperatorem Marcū decreuisse Mar-
cellus scripsit. Confusa est vox Marcum cum
voce Marcellus vtriusq; ob affinitatem. Quod
autem diximus Marcellum sub Marco Anto-
nino fuisse pbatur & l. de illo 23. D. pro socio
l. si nemo. 19. D. de testam. tutel. Malè eundem
alij referunt ad tempora Antonini Pij. Scēuo-
lam

Jam post Imperatoris Marci Antonini mortē
vixisse testatur. l. Pamphilo. 39. §. 1. D. de leg.
3. l. verum. 11. §. quod si minor. D. de minorib.
Pomponij vtitur autoritate l. sed interim 18.
D. de condict. furtiva. & Maciani l. si à seruo
20. D. ad leg. Falcid. Certe vixit post Marcellū
aut eodem tempore quoniam ad Marcellum
notas scripsit l. sed interim. 11. §. consequēter.
D. de donat. inter vir. & vxor. l. cum quidam.
24. D. de leg. 2. l. in eo quod 33. D. de acquirend.
rerum domin. Iunium Mauriciū sub Anto-
nino Caracalla vixisse fidē facit l. si Augustæ.
37. D. de leg. 2. l. licet 23. D. de vsuf. legat. Eius
vtitur Vlpianus autoritate l. 7. §. 1. D. de pact. l.
1. D. pro suo.

CULPA EST SE IMMISCERE REI

ad se non pertinenti.

C A P. X X I I I I.

Nemini licet actionē alieno nomine
sine mandato eius proponere, quin
is qui eam proponit pro calumnia-
tore habeatur & damnetur l. nostris
8. C. de calumniat. Quamobrem quod dici-
tur, Culpā esse se immiscere rei ad se non per-
tinenti, id tum rectē dicitur quando quis cau-
sam alienam in iudicium deducit sine manda-
to eius ad quem res causa et lis pertinet. Ania-
nus lib. 9. C. Theod. Calumniatores sunt qui-
cunq; causas ad se non pertinentes sine mada-
to alterius proposuerunt. Papianus tit. 15. Res-
ponfor. Qui aliter (sine mandato) alienę causę
se miscuerit pro calumniatore damnatur. Vn-
de quod dicimus neminē alieno nomine agere
L posse

posse l. nemo alieno 123. D. de regu. iuris. Id verū est quando quis sine mandato & consensu domini litis agit, vt Placētinus interpretatur rectè: quæ tamen distinctio in ciuilibus solum & priuatis causis valet l. licet 42. §. 1. D. de procurat. cū in publicis & criminalibus etiā cū mandato alterius causam suscipere non possimus, Paulus lib. 5. Sent. tit. 4. l. pen. §. 1. D. de public. iudic. Illud tamen in criminalibus concessum est humanitatis causa, vt pro eo qui ad supplicium ducitur etiā sine mandato liceat vnicuiq; prouocare ac eius causam agere l. non tantum. 6. D. de appel. Salomon. Prouerb. 24. Eripe eum qui ad mortem ducitur: idque in Burgundia adhuc obseruari quidam referunt. In ciuilibus etiā quamuis alieno nomine sine mandato agere non liceat iudicium tamen accipere licet l. solutione 23. D. de solut. quo casu fit quasi nouatio l. 2. §. vlti. D. ad SC. Velleian. l. 2. c. de pact. Igitur non licet pro alio agere pro alio excipere licet. Rectè autem diximus culpā esse se immiscere sine mandato causæ ad se non pertinēti, quia simpliciter se causæ alienæ immiscere vitio nō datur l. 1. §. sexū, D. de postulā. Causa aut non pertinere ad eum qui agit dicitur si eius nō interest causam agi, aliās enim culpa vacat si immisceat se etiā sine mādato l. patri. 27. in prin. D. de minor. Certè quādo quis causam agebat an eius interesset quæsitum fuisse ostendit l. non tantum. 6. D. de appel. Porro quod extra hunc casum quo quis litem alienam agit & sine mandato in iudiciū deducit, ab alijs ad hanc regulā aliud affertur exemplum

exemplum de medico indocto & imperito, q̄
ei vitio detur morbi curationem polliceri ac
recuperandæ salutis spem, cum medicinæ sit
planè imperitus ac nudis non est omnino ab
hoc loco alienû, mihiq; nō improbatur. Qua
de re visum est hic ascribere Persij versus non
solû huic vni speciei de medico accōmodatos
sed etiã ad intelligentiã nostrę regulę p̄tinētes.

Publica lex hominum naturaq; continet hoc fas.

Vt teneat velios inscitiã debilis actus

Stat contra ratio ac secretam gannit in aurem

Ne liceat facere id quod quis vitaret agendo

Diluit elleborum certo compefcere puncto

Nescius examen, vetat hoc natura medendi.

His etenim significat Persius, quamuis pro-
pter libertatem naturalem concessum sit id
facere quod velis etiam si in eo non sis exerci-
tatus, id tamen civili ratione nō permitti (sic
accipitur etiam ratio apud nostros pro iure
scripto & pro eo q̄ suis finibus & terminis, itē
regulis ac præceptis determinatum est ac de-
finitum l. ius singulare 16. D. de legib. l. i. §. si e-
go D. si pars heredit. l. qui quadraginta 88. D.
ad leg. Falcid.) & tum demû tibi licere liber-
tate vti naturali nisi iure ac lege prohibearis.
Iure itaq; civili in omnib. qui extra culpæ a-
leam esse volût requiritur, quod in medicis &
fabris requirit Horatius Quod medicorû est.

Promittunt medici tractant fabrilia fabri,

Et illud veterum valet adagium, Quã quisq;
nouit artem in hac se exerceat. Iuris ciui-
lis esse regulam nostram demonstrat quod in ea
dicitur culpam esse se immiscere rei ad se non

pertinenti. Culpa enim iuri ascribitur, ut Donatus Terentiū in eo ciuilitate dixisse ait quod dixerit hoc vitio datur, non hæc malū est. Ad hanc autem regulam non nihil pertinere videtur quod scribit Plutarchus, hanc esse potissimum inter amicos & adulatōres differentiam, quod illi non anxie inquirant quid pro amicis faciendum sit & expectantes amicorū mandata non vltro se iugerant ad omnia eorum negocia οὐκ ἐξακριβῆτες, εὐδὲ πολυπραγμονῆτες ἔδ, ἐαυτοῖς εἰς πᾶσαν ὑπεργίαν ἐμβαλλόμενοι, hi verò contra solliciti sint plus æquo de negocijs eorū quibus adulātur, ijs se intēpestiuè intrudāt, & nolētibus officia præstēt.

SENTENTIA L. CVM TABVLIS.

16. §. quoniam D. de his que vi indig. auf.

Concubina & vxoris differentia.

CAP. XXV.

Ingenua quæ corpore quæstum facit
 eaque quæ obscuro nata est loco concubina esse potest non ea quæ honestæ vitæ est honestiue loci, cum hæc enim si cōcubina habeatur stuprum committitur non concubinatus contrahitur l. 3. D. de concubin. Itaq; quod hic ait Papinianus placuisse stuprum in ea non contrahi quæ non patroni cōcubina est, id est in ingenua, nō simpliciter est de omni ingenua intelligendum, sed vel de ea quæ inhonestè viuit vel de ea quæ humili nata est loco, alias concubina prorsus esse non potuisset, ideoq; cum ea stuprum commissum fuisset. Certè hoc in loco de ea accipiendum

dum est quæ quæstum corpore fecit. Et hoc est quod ad restrictionem eius quod simpliciter dixerat Papinianus ingenuæ concubinatum esse postea idem addit filiam vulgo quæsitam apparuisse: Ex eo enim manifestum est mulierem vulgò concepisse, quamuis in concubinatu peperisset. Inde igitur vult probare Papinianus concubinatum constare quod filiam Rufinam in concubinatu ex vulga cõceptione pepererit, & per consequens mater ipsa vulgò quæstum fecerit. Quapropter vera est & recta illa lectio quæ habet cuius filiã quã alumnam testamento Cassianus nepti coheredem datam appellauerat vulgo quæsitã apparuit. Nam ex his vult inferre Papinianus Cassianũ Rufinam rectè in concubinatu habuisse, quod Rufina vulgò cõceperit: propterea quod ingenua illa demum esse potest concubina quæ vulgò quæstũ facit. Ex his facilè euitabis quod mouit Cuiacium vt hac in parte, hanc legem emendaret. Nam non rectè ex eo quod filia in concubinatu nata vulgo quæsitã apparuit, inferes generaliter, ex cõcubinatu susceptos liberos spurios ac vulgo quæditos esse: cũ aliud sit ex concubinatu longè aliud in concubinatu nasci: cum possit alia concubina esse quam quæ vulgò quæstum facit. Quamobrem ponit alienã ab hoc loco facti speciem Cuiacius dũ putat quæri an Rufinæ filia rectè cõcubina sit: cum quærat potius an Rufina concubina esse quæat & per consequens an capere ex testamento Cassiani possit: & ex eo solum quod filia vulgo quæsitã fuit probatur matrem rectè

concubinam fuisse quæ cū ingenua esset quæ-
 stum vulgò faciebat. Ponendum est igitur Ru-
 finam concubinā fuisse, idq; satis ostendit to-
 tius orationis ordo & contextus. Hęc cum ita
 sint dicendum existimo in nostra lege sic le-
 gendum esse: qui Rufinam ingenuam non ho-
 nore pleno dilexerat: quod idē est cū eo quod
 dicitur in l. 3. §. Diuus tamē. D. de donat inter
 vir. & vxor. nō affectione vxoris sed magis cō-
 cubinæ. Honor enim maritalis significatur id
 est affectio qua maritus vxorem prosequitur
 quæq; vxorem à concubina separat l. cum hic
 status. 32. §. si mulier D. de donat. inter vir. &
 vxor. l. itē legato. 49. §. penul. D. de leg. 3. l. do-
 nationes 31. D. de donat. Hæ igitur illi malè
 sentiunt qui ex hoc loco probant quoad ho-
 norem, vtriusq; id est tam vxoris quam cōcu-
 binæ eandem esse rationē, & vt aiunt dilectio-
 nem pleno honore in vtraq; locū habere. Nā
 qui plenus honor tribui potest cōcubinæ, cui
 honor simpliciter denegatur d. l. donationes
 31. deinde si maritalis affectio honorem illum
 significat quo maritus afficit vxorē l. cum his
 status §. si mulier de donat. inter vir & vxor. d.
 l. donationes. 31. & maritalis affectio concubi-
 næ cōpetere nequit. d. l. donationes. l. 3. §. Di-
 uus tamē D. de donat, inter vir & vxor. appa-
 ret vt maritalem affectionē ita nec honorem
 tribui concubinæ posse. Atq; hoc est quod di-
 cimus concubinam ex sola animi destinatio-
 ne æstimari l. 5. D. concubin. vbi sola intellige
 sine honore ac dignitate qua vxor æstimatur
 l. itē legato. 49. §. penul. D. de leg. 3. Inde refert
 quidam

quidam ex vitarum Cæsarū scriptoribus Imperat. nescio quem dixisse vxorem nomen esse dignitatis non voluptatis. Paulus quoq; lib. 2. Sent. tit. 20. scribēs. Eo tempore quo quis vxorem habet, concubinā habere nō potest: Concubina igitur ab vxore sola dilectione separatur: ostendit satis vxorem & concubinā differre dilectione, Ita enim legendum est apud Paulum vt & legit Anianus interpres, aut dilecto quod idem est vt sæpe adiectiuum neutrum ponitur pro substantiuo in iure & apud alios autores. Separatur igitur seu distinguitur vxor à concubina dilectione aut animi affectione, quia talis tantaq; non est in concubina quæ in vxore affectio seu animi propensio. Sic enim ille Pauli locus intelligēdus est sine dubio, non vt Anianus his verbis eum interpretatur: Qui vxorē habet eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab vxore cum dilectio separet concubinæ: nimirum apud Paulum separare accipit pro distinguere cum potius pro distinguere capiendū sit. Et totius loci Paulini hæc est sentētia. Qui vxorē habet eo tempore concubinam habere nequit, nam hac in re concubina nō differt ab vxore, duas autem vxores habere non licet: & in hoc tantum distinguitur concubina ab vxore quod alia sit mariti affectio in vxorem alia in concubinam.

168 PET. PERREN. ANIMAD.
EXPLICATIO QVORVNDAM QVAE
sunt in L. abesse, 32. D. Ex quibus caus. maior. par.
ticula. ET sublata ex l. 1. C. de salg.

hospit. non prabend.

C A P. XXVI.

HAc in lege verbū deferre quam pro
mittere q̄ pro referre seu inscribe-
re accipio, vt significare velit ICtus
nō minus eos Reip. causa abesse qui
relati in commentarium principis & ærario
inscripti salaria de publico accipiunt quam
qui mittuntur ad ærarium & cōmentaria prin-
cipis, seu vt est in l. munerum. 18. §. legati quo-
que D. de muner. & honor. qui mittuntur ad æ-
rarium principis. Sanè deferre etiam mittere
& ablegare significat. Liu. libr. 50. Postero die
legati Sardorum qui ad novos magistratus de-
lati erant, &c. Atq; hoc esse puto cur ICtus ita
diuersè locutus sit: qui ad ærarium aut in com-
mētarium principis delati sunt, vt deferre ad
ærarium sit mittere, deferre in cōmentarium
sit referre & inscribere. Quod autem tribuni
militum præfecti et comites legatorum in hac
lege nominantur ij intelliguntur qui in pro-
uincias missi Reip. causa aberāt, de quib. ideo
ait ICtus eos Reip. causa abesse quamprimum
ab vrbe Roma excesserint, quāuis nondū pro-
uinciā decretā attigerint, itē in redeundo quā-
primūm prouincia egressi sint quāuis nondū
in urbem venerint. Hi tres sepe coniungūtur,
tribuni præfecti, legati aut comites magistra-
tuū. Cicer. lib. 5. ad Attic. Sic in prouinciam os-
gerimus, quod ad abstinentiam attinet vt nul-
lus teruncius infumatur in quenquā: id fit etiā

& legatorum & tribunorū & præfectorū diligētia. Idem pro C. Rabirio postum. Qui nec tribunus nec præfectus nec ex Italia comes. Coniungūtur & alij, vt legati oratores, comites, l. lege. 7. D. ad leg. Iul. de vi publi. tribuni notarij, comites l. vnic. C. de mand. princip. tribuni præfecti & equites Romani. Seneca lib. 9. Controuers. Fuere tribuni, fuere præfecti, fuere equites Romani, cum ijs ergo prætor: tribuni præfecti scribæ & comites magistratuum. Cicero pro C. Rabirio postumo. Vt tribuni vt præfecti vt scribæ vt comites omnes magistratuum hac lege tenerentur: tribunus, præfectus legatus prætor. Sallust. in Catili. Homo in literis quod amplius annos 30. tribunus aut præfectus vt legatus aut prætor cū magna gloria in exercitu fuerat. Comites tribuni præpositi militum. l. i. C. de salga. hospit. non præbend. Ne quis comitum vel tribunorum aut præpositorum militū nomine: sic enim lego delata particula aut ante militū, quod confirmat l. i. C. de comitat. præfecti tribuni & cōubernales. Cicero lib. 5. Epist. famil. Quod scribis de beneficijs scito à me & tribunos militares & præfectos & cōubernates meos delatos esse. Tribuni & præfecti l. præfectus 63. D. de ritu nup. Liuius lib. 36. Dimittens prætorium tribunis militū ac præfectis sociorū. Sed vt de singulis agamus. Comites sunt q̄ magistratus sequuntur in prouincias. eosq; qui Reip. causa absunt l. administrātes. 41. §. i. D. de excusat. l. inuiti. 8. D. de testibus l. 5. D. ad leg. Iul. repetund. qua significatione legati etiā accipiuntur.

170 PET. PERREN. ANIMAD.
tur dici que comites possunt. Appianus lib. 1.
εμφουλ de legatis καλεῖσι δ' ὀλίως τοῖς ἡγεμόσιν, τῶν
ἔθνῶν ἐκ τῆς βελῆς ἐπομένους ἐς βοήθειαν. Sed ideo
legati à comitibus separantur quia & ipsi vt
proconsoles comites habebāt l. 6. §. penult. D.
de pœnis & in hac lege, ibi comites legatorū.
Quo in loco tribunis & præfectis Ictus co-
mites legatorū iungit non comites magistra-
tuū, vt Cicero duobus locis in orat. pro Rabi-
rio postum. quos supra adduximus, ideo quia
ante dixerat de comitibus magistratuū, id est
proconsulū & præsidū prouinciarū. Procura-
tores enim principū accipio pro legatis præ-
sidiū prouinciarū, vel certè nisi placet eos le-
gatos vocare pro comitibus præsidū prouin-
ciarum ἐπομένοις τοῖς ἡγεμόσιν, τῶν ἔθνῶν εἰς βοή-
θειαν. Nam quemadmodū legatus personam
proconsulis refert & repræsentat & ideo dicitur
ἐκ προσώπου à Theoph. tit. de suspect. tutor. ita
& procurator Cæsaris mittitur in prouinciā
vt personā agat præsidis & vicē eius referat l.
3. c. vbi caus. fiscal. vel diuin. domin. l. 4. C. ad
leg. Fabiā l. 2. c. de pœnis quanquā possis inter
procuratorē Cæsaris respectu præsidis, & in-
ter legatū respectu proconsulis statuere diffe-
rentiā. Vt vt sit procurata Cæsaris est ex ijs quos
Iustinianus τοποθετίας vocat Nouell. 8. & 13.
Ergo comites sunt qui magistratus in prouin-
cias euntes comitantur. Cui libertis iungatur
l. Scto. 16. D. de offic. præsid. l. qui iurisdic-
tioni 10. D. de iurisd. quærendū amplius cogito.
Comitibus recte iunguntur præfecti qui & ipsi
magistratus in prouincias comitabantur. Aemi-
lius

lius Probus. Multorū consulū præclarūq; præfecturas sic delatas accepit vt neminē in provincia sit secutus, honore fuerit contētus rei familiaris despexerit fructū. Præfecti etiā antiquitus dicebantur qui eā mittebātur urbem quæ multū ciuitatis corpus habebat multum publicū consiliū vt est apud Liuiū lib. 36. Tribuni autē sunt qui cohortibus prætorijs præfunt l. 9. D. de excusat. Hęc ad hanc legē dicenda fuerunt ex qua malè faciūt qui probāt proconsulē statim quā ab vrbe Roma profectus est accipere imperiū. Nam de imperio hęc lex non est sed de absentia Reip. causa, quæ duo multū inter se differunt. Præses provincie ex vrbe egressus statim abest Reip. causa imperiū non accipit in metropolim venerit & quamprimum excedit provincia sua priuatus fit & omne deponit imperiū l. 1. D. de offic. præfect. August. l. 3. D. de offic. præsid. Dio lib. 53. Quis etiā dixeris legatū procōsulis imperiū quod nō habet etiam in provincia antequā in provinciam veniat, quod eodē modo probari potest ex hac lege quo de procōsule probari volunt. Idem de tribunis & præfectis & comitibus dici potest.

QVARE FVRTI ET IN FACTVM

actione teneatur qui equis alienis equos

suos subiecerit.

CAP. XXVII.



Vi me in scio equum meū aut asinū in equas suas admisit furti tenetur si furādi animū habuisse cū appareat puta si celādi animo id fecerit ne p
equis

172 PET. FERRENON. ANIMAD.

equis admissarijs quid mercedis persolueret
Quod si hūc omniū non habuerit quia eo ipso
quod equis meis equas suas subiecit furtise
quodāmodo obligasse videtur in factū actio-
ne tenetur quæ proxima est actioni furti l. si
quis uxori 52. §. si quis asinum. D. de furt. erg. l.
in furti 50. §. vlti. eod. Cuius iuris hæc est ra-
tio quia apud veteres Romanos qui admissa-
rios habebāt equos pro admissura mercedem
percipere cōsueuerant. Quo fiebat vt qui sine
domini voluntate equab. suis equos alienos
admisisset lucrandę illius mercedis animo id
fecisse præsumeretur. Itaq; si non furti saltē in
factū teneretur, quod proxime accedit ad furti
actionē. Quę causa & fuit cur dubitaretur cu-
ius factus eius equæ esset quā meus equus præ-
gnantē fecisset, vtrum domini equæ an meus l.
§. §. idem scribit D. de rei vindic. De merce-
de quā diximus dominos ex admissarijs equis
percepisse testis est Varro Sexages. citate No-
nio in æquimētum. An si equam emissas quæ-
drupedē, inquit, vt in eo asino Reatino admit-
teres quantū poposcissē dedisses æquimenti.

**PECVNIA, QVAE DICITVR PE-
culium praesidij 2. causa ad l. si chorus 79.**

D. de leg. 3.

C A P. XXVIII.

Solebant patres. nummos seponere
quos conferrēt praesidij gratia, si ita
res ferret l. si chorus 79. D. de leg. 3.
Quem morē ab Atheniēsis habuis-
se Romanos opinor. Scribit enim Diogenes
Laertius in Solone Athenienses singulos de-
cimana

nam rerū suarum seu patrimonij sui partē ad
 sumptus bellicos seposuisse: hoc significare vo-
 luisse Marcolphū in fo. mul. p̄sidij nomine pu-
 to: vt tam de alode paterna quam de compa-
 rato vel mācipijs vel p̄sidio meo: De hac re
 tangis etiam Theoph. Instit. tit. de libert. hoc
 modo. Census. inquit, significat tabulā in qua
 Romani suas profitebantur diuitias & scribe-
 bāt, vt vnusquisq; pro facultatibus belli tem-
 pore cōtribueret. Atq; hæc quę seponebantur
 p̄stationi vectigalium subijci vetabantur l.
 9. §. earū rerū D. de public. quoniā tributa sunt
 merui Reip. l. 1. §. in causa. D. de quæstio. Hanc
 pecuniam peculiū appellasse ait Proculus in
 d. l. 79. eodem ferè modo quo Seneca lib. 1. de
 Tranquill. animi. Placeat argentum graue ru-
 stici patris sine vilo opere & nomine artifi-
 cis. Peculium etiam patrimonium significat l.
 cogi. 16. in pri. D. ad SC. Trebel. & apud Plaut.
 in Casin. Cui homini hodie peculi est num-
 mus non est plūbeus: quod & ipse Plutarchus
 scribit in Publicola. Pecullij nomine etiā si-
 gnificantur quęcunque mulier sibi recepit cū
 res in dotem daret quæ Græci *παράφερὰ* vo-
 cant l. 9. §. dotis: D. de iure dot. l. donationes
 31. §. 1. de donat. & apud Plaut. in Casin. Nā pe-
 culi probā nihil habere addecet Clam viro,
 & apud Symmach. Epist. 2. lib. 6. Ait Vlpian.
 in d. l. 9. quæque Galli peculiū appellant. Hic
 nihil muto. Pertinet huc nonnihil Cassiod.
 lib. 7. Epist. 32. Pecunia à præcudum tergo no-
 minata, Gallis autoribus sine aliquo adhuc si-
 gno ad metalla translata est.

I N.

Interdicebatur nonnullis non solū
 vrbe aut prouinciā aliqua sed etiam
omni hominū commercio consue-
tudine & vsu. Atq; hi sæpe numero
 nauigio impositi deportbantur. Paulus Dia-
 conus in Anastasio lib. 17. Is non solū salubria
 eorū monita spreuit sed etiam a suis aspectib⁹
 eos nō sine contumelia expulit nauiq; fragili
 impositos mandat ne vsu per totā Graciā
 ad aliquā ciuitatē acciderēt. Et in l. i. c. Th. de
 stud. libera. vrb. Romæ. Statim nauigio super-
 positus abijciatur vrbe. Et hoc est quod Dio
 lib. 16. ait Augustum constituisse *μυδὲνα πυγος*
καὶ ὕδατος εἰσχετένια ἐν ἡπειρω διαλείβειν. Tales au-
 tē nō licebat domo tectoūe recipere, vt de in-
 terdicto aqua & igni est apud Paulū lib. 5. Sen-
 ten. titul. 26. & de desertore in l. 5. c. Th. de de-
 sent. vbi desertor agro tectoq; suscipi vetatur.
 Itaq; Paulinus Epist. 4. ad Auson. cū exiliū aut
 deportationē notaret sic scribit. Velut hic ha-
 bitē locis exul & vrbis Extra hominum tecta
 atq; vias. Et Sidonius cū pœnæ deportationis
 remissionē significare vellet ita in præf. Pa-
 neg. dicti Cæsar. Iul. Val. Maiorano dixit. Præ-
 stitit afflicto ius vite Cæsar & agri. Est & aliud
~~quoddā interdictorū genus ferè superiori cō-~~
~~riariū, quādo interdicitur ne quis domo aut~~
~~patria excedat l. relegatorū 7. §. solet præterea~~
~~D. de interd. & releg. ne comeandi ad alia que-~~
~~libet loca aut euagandi ad vrbes habeat pote-~~
~~statem l. vitiorum. 12. c. Th. de hæredit.~~

DE

DE VECTIGALI STI-

pendio & tributo.

CAP. XXX.

Differunt vectigal stipendium & tributum. Publicū vectigal à tributo separatur l. 2. §. si quid publici. D. de heredit. vel act. vedit. l. Iulianus. 13. §. idem Iulianus. D. de action. emti l. cū seruus. 39. §. si quis alicui D. de leg. 1. Tributū esse puto quod extra ordinē solenniū vectigaliū ad exercitū alendū imperabatur ciuibus. Cicero. 2. offic. Dāda etiam opera est ne (quod apud maiores nostros sepe fiebat propter erarij tenuitatem assiduitatemque bellorum) tributum sit conferendū Idem pro l. Flacco In arario nihil habēt ciuitates, nihil in vectigalibus, duæ rationes cōficiendæ pecuniæ aut versuta aut tributo, &c. Idē Epist. 29. lib. 12. famil. Cōqueritur vndiq; vt optimè meritis militibus promissa soluantur, quod quidē fieri sine tributo posse nō arbitror. Tributū vocat Theoph. tit. de rerū diuis. βαρὸ τέλος. Eodē modo & Cicero Epist. 8. lib. 3. famil. Nisi quod principes ciuitatū me postulassēt ne indictionē tributō rū & illā acerbissimā exactionē q̄ tu nō ignoras capitū atq; ostiorū. Hoc est q̄ dicitur tributū capitis in l. vltim. d. de cēfib. et apud eundem Cicer. lib. 5. ad Altic. Epist. 15. Audiuius nihil aliud nisi imperata ἐπιχορᾶλια (id est tributa p capita) soluere non posse. Leo in quādā cōstitutione tributū in singula capita κεφαλιώνα appellari. Stipēdiū etiā à tributo differt q̄ particularim colligitur, & vt ait Teoph.

πατὲ


κατὰ μὲν δὲν. Liuius lib. 43. Quia pecunia quæ
 in stipendium Romanis suo quoq; anno pen-
 deretur deerat, tributumq; graue priuatis im-
 munere videbatur. Quod autē dicitur tribu-
 tum idē esse quod stipēdium in l.ager. 27. D. de
 verbor. signif. hoc verum est quādo abutimur
 voce tributi, quod facere cogimur alendus est
 exercitus quia tum tributum stipēdij causa,
 Tacit lib. 4. histor. Nam neq; quies gentium si-
 ne armis neq; arma sine stipēdijs neq; stipen-
 dia sine tributis haberi possunt. Liuius lib. 33.
 Senatus quo die est in Capitolio cōsultis de-
 creuit vt eo anno duplex tributum Imperare-
 tur simplex confestim exigeretur ex quo sti-
 pendiū præsens omnibus militibus daretur.
 Quo sensu tributū accepit Ictus in d. l. 27. vt
 illa verba satis ostendunt ex eo quod militib⁹
 tribuatur. Stipendium pacis tempore à tribu-
 to maximè differt, belli tēpore vix possis vnū
 ab altero separare. Hæc quanquam ita sint ani-
 maduertere tamē est tributū pro vectigali ac-
 cipi, vt in l. 1. § 1. D. de public. publicani cōse-
 qui tributum dicuntur, quod in dicitur vecti-
 gal in l. inter publica. 17. D. de verbor signific.
 vt in veteri quodam decreto. Tributis cuiusli-
 bet vectigalis fixi mobilisq; pondere per om-
 nia secula liberauit. vt & in l. generali. 32. §.
 vltim. D. de vsu & vsuf. legat. tributa præter
 ea quæ vel pro prædijs aut mouentibus debe-
 ri & reddi necesse est. Recte itaque Iustin.

in prin. lib. XIII. differentiæ causa

animum vectigale tri-

butum dixit.

FINIS.





II


Kb 2057


ULB Halle
005 000 300

3



925





PETRI
PERRENO-
NII ANIMAD-
VERSIONVM ET VA-
RIARVM LECTIO.
num Iuris Ciuilis,
Libri II.



COLONIAE VBIORVM,
Apud Gosuinum Cholinum.

Anno M. D. XCIII.

3 myl.

